



Dispvitationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Dispvatio XI. Quomodo Deus cognoscat futura contingentia, ex libertate
creaturarum tum absoluta, tum hypothetica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

DISPUTATIO VNDECIMA.

Quomodo Deus cognoscat futura contingenter
ex libertate creaturarum, tum absoluta,
tum hypothetica.

- Sectio I. De modo quo Deus cognoscat huiusmodi contingentia absolute futura.
- Sectio II. An futura libera prasciantur à Deo, vel prasciri possint certo & infallibiliter in sua causa proxima, vel alia creata?
- Sectio III. Refutantur sententia contraria.
- Sectio IV. An Deus cognoscat contingentia absolute futura in suis ideis, vel in sua scientia efficaci?
- Sectio V. An Deus cognoscat futura libera creaturarum in suis decretis?
- Sectio VI. Amplior confirmatio, & explicatio vere sententia.
- Sectio VII. Respondetur precipuis argumentis Aduersariorum.
- Sectio VIII. An ratio, cur Deus cognoscat contingentia absolute futura, sit, quia sunt Deo realiter ab aeterno presentia?
- Sectio IX. Satisfit precipuis Thomistarum obiectionibus.
- Sectio X. Quomodo Deus cognoscat futura libera conditionata, & speciatim, utrum cognoscantur in decretis diuinae voluntatis?



Argumentum huius Disputationis breuiter attingit S. Thom. quaest. 14. art. 13. vbi docet Deum cognoscere omnia contingentia; non solum prout sunt in causis suis, qua ratione non possunt certo, sed coniecturaliter tantum cognosci, quia causa contingens se habet ad opposita: Verum etiam prout vnumquodque eorum est actu in seipso: id est, prout existit in aliqua temporis differentia: qua ratione possunt certo & infallibiliter atque euidenter cognosci. Et licet, inquit, contingentia fiant in actu successiue: non tamen Deus successiue cognoscit contingentia prout sunt in suo esse, sicut nos, sed simul: quia sua cognitio mensuratur aeternitate, sicut etiam suum est. Aeternitas autem tota simul existens, ambit totum tempus. Vnde omnia quae sunt in tempore, sunt Deo ab aeterno presentia; non solum ea ratione qua habet rationes rerum apud se presentes, vt quidam dicunt: sed quia eius intuitus fertur ab aeterno supra omnia prout sunt in sua presentia. Vnde manifestum est quod contingentia & infallibiliter à Deo cognoscuntur, inquantum subduuntur diuino conspectui secundum suam presentia: & tamen sunt futura contingentia, suis causis comparata. Hac D. Thom. quae sequentibus sectionibus vberius explicabimus.

SECTIO I.

De modo quo Deus cognoscit huiusmodi contingentia absolute futura.

I. Difficultat cognoscendi futura libera.

RA TIO difficultatis est, quia quicquid cognoscitur, vel per se immediate cognoscitur, ut ea quae sunt per se nota: vel mediante & per aliud, id est, mediante alio cognito, ut causa per effectus, exemplar per imaginem, & similia. Neutro autem modo videntur haec futura posse à Deo praesciri certò & infallibiliter. Non quidem immediate & per se: quia haec propositio, *Petrus ter Christum negabit*, non est per se nota ex terminis: neque est connexio intrinseca necessaria inter eius subiectum & praedicatum, ita ut uno posito, necessariò sit aliud. Non etiam mediare & per aliud: quia nullum est medium, ex quo possint praesciri certò & infallibiliter. Vel enim medium illud esset extrinsecum, puta auctoritas infallibilis alicuius revelantis. Sed nullus fuit qui ab aeterno ea Deo revelaverit: neque Deus alio indiget ut ab eo aliquid discat: alioquin esset dependens & imperfectus in modo cognoscendi. Vel esset aliquid naturaliter & necessariò connexum cum huiusmodi futuris, vel a priori per modum causa: vel a posteriori per modum effectus: vel simul & concomitantè, tanquam signum infallibile. Quorum nihil dici potest. Non primum: quia futura, de quibus loquimur, sunt merè futura. Ergo non habent necessariam & infallibilem connexionem cum causa. Ergo non possunt cognosci certò & infallibiliter in causa, seu per causam, tanquam per medium certum & infallibile. Secunda consequentia manifesta est. Cognitio enim quae habetur per medium, non potest esse magis certa & infallibilis, quam medium in quo fundatur. Prima verò consequentia probatur: quia causa libera est huiusmodi, ut potest omnia ad agendum praerequisita, posse operari & non operari, ut libenter: ergo non habet infallibilem & necessariam connexionem cum futuro libero. Secundum etiam dici nequit, quod nimirum medium illud sit aliquis effectus futurorum. Tum quia futurum liberum antequam actu sit, nullum habet effectum: ergo non habuit ab aeterno effectum per quem à Deo praesciretur. Tum etiam quia effectus futurorum sunt liberè futuri ut libertatis creati, quae ac ipsi actus liberi: ergo de illis par est difficultas quomodo possint à Deo praesciri. Tertium denique dici nequit, nempe quòd sit aliquod aliud medium, concomitantè cum illis connotum: cuiusmodi aliquid esse volunt essentia diuinam per modum speciei intelligibilis, aut ideas diuinas. Nam essentia diuina, & ideas, nullam habent necessariam connexionem cum huiusmodi futuris: sed possit Deus esse, & re ipsa fuisset, quamuis nihil extra Deum futurum fuisset. Adde quòd ideas diuinae non sunt de rebus ut futuris, sed

ut possibilibus & factibilibus à Deo, quare per illas solas non habet Deus medium sufficiens cognoscendi futura libera.

Huic grauissima difficultati respondeo, Deum praescire ab aeterno futura libera per infinitam intelligentiam suam vim, quae tanta est, ut omnem veritatem attingat per se immediate, atque futura omnia euidenter cognoscat, eo ipso quòd verè futura sunt: cognoscat, inquam, immediate, per simplicem velut intuitum veritatis rei futurae, ad eum modum, quo nos actus nostros liberos cognoscimus immediate per seipsos, cum eos exercemus & actu praesentes habemus: aut quo per simplicem intuitum videmus ea quae liberè fiunt, cum de facto nobis obuersantur, & coram exhibentur. Tantum enim, & infinite plus est in Deo virtutis ad cognoscendam quancunque veritatem, & speciatim veritatem rerum liberè futurarum, quam sit in vno creato intellectu ad cognoscendam ea, quae palam ipsi proposita & actu praesentia sunt.

Probatum primò, quia talis modus diuinandi futura, per se directè & immediate illa attingendo hoc ipso quod futura sunt, independentè ab omni medio, & nihil aliud requiringendo ex parte obiecti quam eius veritatem & cognoscibilitatem, est sanè eminentissimus, & Deo dignissimus, & possibilis est. At qui est possibilis: tum quia nullam involuit in se contradictionem respectu intellectus infiniti & illimitati, ut patebit respondendo argumentis contrariis: tum quia quia vnum quòdque, eo ipso quòd est, & eo modo quo est, siue praesens, siue praeteritum, siue futurum, est de se ac per se cognoscibile, si ex parte cognoscentis non desit virtus. Ac sicut res merè possibilis, aut res praesens, vel praesentes, sunt per se directè & immediate cognoscibiles, ratione suae entitatis & veritatis determinatae: ita futura libera, quae non minus sunt determinatae futura, quam praeterita sunt determinatae praeterita, & praesentia sunt determinatae praesentia: Nec minus per se verum est, adeoque per se cognoscibile illa esse futura: quam verum sit praeterita esse praeterita, & praesentia esse praesentia. Ad id modum illum cognoscendi futura immediate in seipsis non modò esse possibilem, sed etiam planè necessarium, nullumque aliud esse modum qui generaliter & adaequatè sufficiat, ut Deus omnia huiusmodi futura certò & infallibiliter ab aeterno cognoscat, ut patebit inferius resutando alios modos ab alijs excogitatos, qui omnes vel sunt falsi, vel insufficientes.

Atque hinc sumitur secunda probatio conclusionis nostrae. Quia quicquid cognoscitur à Deo, & non cognoscitur per aliud quòd sufficiens Deum inducere possit ad illius cognitionem; cognoscitur per se & immediate. Sed futura libera cognoscuntur à Deo: & non cognoscuntur per aliud quòd sufficeret, generaliter, & adaequatè, possit inducere Deum ad illius cognitionem & praesentiam, quae habet ab aeterno certà & infallibilè: ergo

2. Deus cognoscit futura libera immediate per simplicem intuitum.

3. Modus ille cognoscendi est eminentissimus, & Deo dignissimus.

4. Nec vllus alius generaliter sufficit.

INTINO
TUS
J m
VI
U.

cognoscuntur per se immediate. Maior est evidens. Minor probatur, quia neque in causa proxima, id est, in voluntate creata, cum omnibus conditionibus vel concavis ad agentium prerequisites; neque in causa remota; neque in essentia divina, vel ideis, vel omnipotentia, vel alia Dei perfectione naturali & necessaria; neque etiam in decretis liberis, aut cogitabilibus contingentibus, possunt primariam scientiam cognosci certo & infallibiliter, ut ostendemus sequentibus sectionibus. Neque vllm aliud medium occurrit, per quod possint a Deo praesciri.

5. Probatur tertio, quia cum futura libera sunt actu praesentia suo tempore, Deus sine dubio illa directe & immediate intuetur in seipsis, aequè, aut magis, quam nos vel Angeli. Atque illa Dei cognitio non incipit in tempore. Ergo Deus ab aeterno intuetur immediate in seipsis futura ut praesentia, pro ea temporis differentia in qua erunt praesentia. Confirmatur, quia Deus ab aeterno, ratione suae infinitae perfectionis intelligendi, tam est potens & sufficiens ad cognoscendum infallibiliter obiectum illud ut praesens, pro ea temporis differentia qua erit praesens; quam nos vel Angeli sumus potentes & sufficientes ad idem obiectum cognoscendum, quando nobis praesens est, & coram exhibetur, ac per seipsum nos determinat ad sui cognitionem. Deus enim ratione suae perfectionis infinitae, non eget concursu obiectorum, ut nos; sed habet se solo tantum & per virtutem, quam sit in nostro intellectu, & obiectum concurrente, & per se, aut per aeternitatem determinante, ac cooperante aliquo modo ad sui cognitionem. Ita ut Deus requirit tantum ex parte obiecti veritatem & cognoscibilitatem, potens de cetero illam attingere infallibiliter, perfecteque cognoscere. Ac esse si veritas illa non esset a Deo cognoscibilis, & de facto non ab ipso cognoscitur: Deus non esset illimitatus in intelligendo: esset enim aliquid cognoscibile, quod non cognosceret. Esset quoque Deus ignarus alicuius cognoscibilis; nesciret enim aliquid verum. Et tamen omne verum est cognoscibile. Imò tale obiectum esset simul & non esset cognoscibile. Esset etiam cognoscibile, quia verum; & non esset cognoscibile; quia si non est Deo cognoscibile, nulli aliter est cognoscibile. Evidenter enim implicat esse vllam intelligentiam Deo perfectiorem, & potentior in virtute cognoscendi.

6. Atque haec sententia, quatenus docet futura libera praesciri a Deo immediate in seipsis, est plurimorum & gravissimorum Theologorum. Svaris lib. 1. de scientia futur. cap. 8. Vasq. 1. p. disp. 64. cap. 3. Molina 1. p. q. 14. art. 13. disp. 175. Sciendum, Valent. Qu. 14. p. 5. qu. 2. Lessij in opusculo de gratia efficaci cap. 6. Ruis disp. 29. de scientia Dei sect. 1. Herice 1. p. disp. 6. cap. 8. Granad. Tanner. Arubal, Becani, Albertini, Maratij, & aliorum Scriptorum nostrae societatis, post Gregor. in

Suar.
Vasquez.
Molina.
Valentia.
Lessius.
Ruis.
Herice.
Gregor.

1. dist. 38. qu. 2. artic. 2. & 3. Durand. ibidem qu. 3. num. 11. & 18. Okam. ibidem qu. vnica lit. M. Gabriel. qu. vnica, art. 2. conclus. 2. lit. M. Chartul. distinct. 38. qu. 2. colum. 2. Caiet. 1. p. qu. 14. art. 13. Ferrar. 1. contra Gentiles c. 67. quibus adde S. Thomam a. 13. q. 14. vbi ait Deum cognoscere futura libera, quia cognoscit vnumquodque prout est actu in seipso; & quia eius intuitus ab aeterno fertur supra omnia, prout sunt in sua praesentialitate. Neque enim sensus Angelici Doctoris est, futura libera fuisse ab aeterno actu praesentia & coexistentia Deo, quod euidenter falsum esse demonstrabimus sect. 7. sed ut rectè exponit Suarez in opusculo lib. 1. de scientia futur. post antiquos Thomistas, & Aegidium Romanum in 1. dist. 38. quæst. vltima, sensus D. Thomæ est, quod scientia diuina quæ mensuratur aeternitate, aequè ac esse Dei, & quæ a tempore nihil accepit, sed ab aeterno & semper eadem fuit, est, & erit, vnumquodque attingit, prout in suo tempore habet praesentiam realem: nihil aliud requirendo ex parte obiecti, nisi ipsum attingat praesentiam visionis, quam ut sit praesens in aliqua differentia temporis. Eadem enim & maiori facilitate illud attingit, non modò quando est praesens, sed & ante ab aeterno; quia nos ea cognoscimus quæ actu nobis obuersantur & realiter praesentia sunt. Et actus ille quo Deus liberè futurum attingit, quando actu praesens est, non incipit tunc esse in Deo, sed ab aeterno est, quæ tunc nunc est, & sub omni respectu quem nunc habet. Est enim aeternus & inuariabilis, ac semper idem perseverans. Quia, ut ait ibidem D. Thomas, *Scientia Dei mensuratur aeternitate, aequè ac ipsum esse Dei.*

Quæ doctrinæ S. Doctor tria exponit, quæ in praesenti materia difficillima sunt. Primum, quomodo futura libera possint ab aeterno praesciri, cum nullum eorum extet indicium infallibile. Secundum, quomodo Dei praesentia non officiat libertati, cum illa tempore antecedit actus liberos creaturarum, & ea posita, non possit non esse eius obiectum eo modo quo cognoscitur. Tertium, quomodo possint cognosci determinatè futura, antequam ipsa sint in seipsis determinata, & antequam causa libera se determinet ad illa. Quæ tres difficultates seorsum si consideremus, Primò, Deus ratione suae infinitae virtutis intelligentis, tam esse potentem & sufficientem ab aeterno ad futura libera intuitiva ut praesentia in ea temporis differentia, pro qua erunt praesentia; absque vlllo alio iudicio per quod ipsi innotescant; atque nos sumus potentes & sufficientes ad eadem futura intuentia, quando nobis sunt actu exhibita; puta ad videndum Socratem ambulare, quando liberè ambulat. Secundo, Dei praesentiam ratione subsequi obiectum liberè futurum, & circa illud merè speculatiuè se habere: cognoscereque illud esse futurum, quia liberè futurum est: adeoque non officere libertati creaturæ, sed eius iustitiam &

Durand.
Okam.
Gabriel.
Chartul.
Caietan.
Ferrar.
D. Thom.
Quo sentit
D. Thom.
dicitur
a cognosci
à Deo
ut existant
ab aeterno
in sua praesentia
sententia
Suarez
Aegid. 15.

Scientia Dei
mensuratur
aeternitate,
aequè ac
ipsum
esse Dei.
7.

effectum præsupponere. Sicut quando videmus Societatem liberè ambulare; visio nostra non officit eius libertati, sed eius usum & ambulationem liberam præsupponit, & ratione subsequitur, merè speculatiuè ad illam se habendo. Non enim ideo Socrates ambulat, quia video ipsum ambulare: sed ideo video ipsum ambulare, quia liberè ambulat. Tertio, tam Deo sufficere determinationem futuram causæ liberæ ad effectum liberum, & determinationem futuram eiusdem effectus, vt Deus ab æterno possit illam intueri; quam nobis & Angelis sufficiat determinatio præsens causæ & effectus liberi, vt ipsum cognoscamus quando actu præsens est: & quam Deo ipsi sufficit, vt eam videat quando actu est. Deus enim non accipit à tempore vt aliquid de nouo cognoscat, vel fiat habilis ad aliquid cognoscendum: sed ab æterno æquè perfectè & inuariabiliter cognoscit quicquid vnquam cognoscit. Neque temporis successio facit vt obiecta intelligibilia, sint ei magis proportionata: sed ab æterno tantum ei deseruiunt, quantum in tempore. Solum enim illi deseruiunt, quatenus possunt terminare ipsius cognitionem; & determinare purè obiectiuè: non autem concurrente per modum principij scientiæ diuinæ. Perinde autem possunt terminare cognitionem diuinam & determinare purè obiectiuè, siue actu existant, siue non. Quemadmodum facient futura tantum conditionatè, quamuis nunquam existant.

Obijcies primò: Veritas quæ non est, non est scibilis. Sed veritas futurorum non est antequam ipsa sint: Ergo non est scibilis. Minor probatur, quia veritas illa obiectiua nihil est aliud, quam ipsa futura, seu entitas rei futuræ. Sed illa entitas non est antequam actu sit res, quæ dicitur esse futura.

Respondeo, Negando maiorem. Sufficit enim quòd veritas obiectiua sit futura, ad hoc vt possit sciri futura. Quemadmodum sufficit quòd sit præterita, vt cognoscatur esse præterita: & quòd sit possibilis, vt cognoscatur tantum possibilis.

Simili modò respondendum est huic obijctioni: Quod non est determinatum in seipso, non potest se determinate in seipso. Sed futurum liberum in nõdum est determinatum in seipso. Ergo non potest se determinare in seipso. Distingendum enim est in hunc modum: Quod non est determinatum de præsentibus, non potest se determinare vt determinatum de præsentibus; Concedo. Quod non est determinatum de præsentibus, sed erit aliquo tempore, non potest se determinare vt determinate futurum pro illo tempore. Nego.

Obijciunt secundo Thomistæ: Si diuinæ præscientiæ fundatur in ipsa præsentia liberè futurorum, habet fundamentum contingens & fallibile: quia est contingens & fallibile, quòd v.g. Petrus sit ter Christum negaturus: & quicquid liberè futurum est, potest esse

& non esse.

Respondeo negando sequenti. Est enim necessarium & infallibile esse futurum, id quod est futurum, ex suppositione quòd sit futurum. Sicut est necessarium & infallibile esse id quod est, ex suppositione quòd est. Neque enim potest simul esse & non esse. Dei autem præscientia supponit esse futurum id quòd præsentè est futurum. Et quamuis antecedenter ad usum libertatis eiusdem determinationem, sit contingens id quod liberè futurum est, possitque esse & non esse: consequenter tamen ex hypothesi quòd sit futurum, non potest simul non esse futurum: alioqui posset simul esse & non esse, quod euidenter implicat contradictionem. Dei autem præscientia fundatur in tali hypothesi, quia nullum certius medium aut modus esse potest attingendè infallibiliter futura contingentiæ.

Eadem veritas est fundamentum infallibile scientiæ diuinæ.

SECTIO II.

An futura libera præscientur à Deo, vel præsciri possint, certò & infallibiliter in sua causa proxima, vel alia creata?

Sensus questionis est, an futura contingenter ex libertate creaturæ, præscientur, aut præsciri possint certò & infallibiliter in causa eorum creata proxima vel remota, in actu primo sumpta, id est, naturà prius quàm voluntas se determinet liberè, non arguendo ipsam determinationem in seipsa, & effectum liberè positum, vi libertatis se determinantis: sed cognoscendo vi ipsius causæ liberæ, in actu primo sumptæ, ad quid liberè se determinatura sit: vi, inquam, ipsius causæ vel solitariè sumptæ; vt eum omnibus adiunctis & conditionibus ad agendum prærequisitis, quod est causam considerare in actu primo completo.

Duo autem sunt genera actuum liberorum. Quidam enim sunt immediatè liberi: quia præcedunt immediatè à voluntate liberè se determinante. Alij tantum mediatè & remotè, quorum proxima causa est necessaria: & ab illa applicata, procedunt necessariò: quia tamen causa illorum proxima pendet à libertate, & ab illa applicatur, sunt eatenus remotè & mediatè liberi: quia fiunt à causa libera remotè concurrente, & applicate causam proximam. Huiusmodi sunt actus externi ambulandi, videndi, tangendi, & similes, qui præsentibus sufficienter obiectis, & conditionibus omnibus ad agendum prærequisitis, procedunt necessariò à potentia externis, tanquam à causis eorum proximis & immediatis, & tantum pendunt remotè à libera voluntate, vt applicate potentias externas ad huiusmodi operationes. De hoc secundo genere actuum non est dubium quin cognosci possint in causa proximà completè sumpta cum omnibus

Actus liberi duplices: mediati, & immediati.

adiunctis & conditionibus ad agendum prærequiritis: inter quas conditiones una est quod nullum sit impedimentum: & inter adiuncta ex parte actus primi unum est applicatio potentia executiva à voluntate, si est necessaria, & præparatio concursus diuini necessarii ad operandum. Est enim necessarium & infallibile talem actum; seu effectum securum esse ex causa sua se habente in actu primo: quare potest in illa, seu vi illius tanquam medij cogniti, cognosci infallibiliter. Quotiescunq; enim unum est connexum cum alio necessario & infallibiliter, potest vi illius cognosci certo & infallibiliter, modo ex parte cognitionis non desit virtus intelligendi huiusmodi connexionem.

12. Sed difficultas est de ipsa libera applicatione voluntatis. Ex. gr. verum Eva tentata à serpente, & ad pomum edendum sollicitata, sit libera? oculus applicatura ut videat id quod non licet ei concupiscere, & cuius visu induci potest ad malè concupiscendum. Difficultas item est de actibus liberis primi generis, id est, immediatè procedentibus à voluntate liberè se determinante.

Futura libera non possunt certo & infallibiliter præfieri in sua causa. Scotus. Okam. Capreol. Caietan.

De quibus omnibus Respondeo negatiuè ad quæstionem propositam, cum Scoto & Scotistis in 1. dist. 38. Okamo, & alijs Nominalibus ibidem, Capreolo ad eandem distinct. qu. 1. art. 2. concl. 1. & in responsione ad primum argumentum Durandi contra primam conclusionem: Caiet. ad art. 13. qu. 14. §. Quoad secundum. Suarez, Vasquez, Ruis, Herib., Valentia, Lessio, Granada, & alijs Scripturis nostræ societatis, exceptis Molina & Escano, locis infra citandis. Quibus accedunt ex Recentioribus, Cmel, Curiel, Diotalleuius, Mascarenias, Alexander Peñantius, Nauyretius, & alijs.

13. Ostenditur ita sentire D. Thomam.

Eandem esse apertam sententiam D. Thomæ manifestum est ex varijs eius testimonijs. Nam qu. 14. art. 13. in quo ex professo de re disputat, sic habet: *Contingens aliquod dupliciter potest considerari: Vno modo in seipso, secundum quod iam actus est: & sic non consideratur ut futurum, sed ut præsens: neque ut ad vtrumlibet contingens, sed ut determinatum ad vnum. Et propter hoc, sic infallibiliter subdi potest certa cognitioni, utpote sensui visui: sicut cum video Socratem sedere. Alio modo potest considerari contingens quod est in causa sua: & sic consideratur ut futurum, & ut contingens nondum determinatum ad vnum, quia causa contingens se habet ad opposita: & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni. Unde quicumque cognoscit effectum contingentem in causa sua tantum, non habet de eo nisi coniecturalem cognitionem. Deus autem cognoscit omnia contingentia, non solum prout sunt in suis causis: sed etiam prout vnumquodque eorum est actu in seipso. Huc vsque D. Thomas. In cuius verbis nota primò quod ait, Quicumque cognoscit effectum contingentem in causa sua tantum, non habet de eo nisi coniecturalem cognitionem. Nota secundo particulà illà*

generali, *Quicumque*, Deum etiam comprehendendi. Tum quia D. Thomas nullum excipit tum etiam quia sermo illi est de ipsa Dei cognitione, & modo quo cognoscit certo & infallibiliter futura contingentia, de quo postea in fine corporis subiungit, ea cognosci à Deo infallibiliter in quantum subduntur diuino conspectui secundum suam præsentialitatem, quia eius intuitus fertur ab æterno in omnia, prout sunt in sua præsentialitate, id est, prout sunt actu præsentia & existentia pro aliqua temporis differentia, in qua coexistunt suæ æternitati. Nota tertio, rationem quâ D. Thomas id probat, esse generalem, & ad Deum pertinere. Nimirum quia non est necessaria & infallibilis connexio causæ liberæ cum actu futuro contingenter, vnde non potest cognosci in causa certo & infallibiliter: Quia causa contingens, id est, libera, se habet ad opposita: & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni. Atque id Sole clarius fiet ex testimonijs sequentibus. Idem enim S. Doctor in 1. dist. in 38. qu. vnica, art. 2. in corp. post medium, sic habet: *Quædam sunt causa quæ se habent ad vtrumque. Et in illis causis effectus de futuro nullam habent certitudinem, vel determinationem. Et ideo contingentia ad vtrumlibet; in causis suis nullo modo cognosci possunt. Et in responsione ad 6. argum. addit, scientiam Dei non respicere rem contingentem, nisi prout est in suo esse actuali præsentialiter. Et paulò post, Si vidisset Deus causam, & non vidisset immediatè effectum in suo esse: nunquid potuisset illum certo scire. Pluribus superfedeo: quia nihil clarius dici potest. Similia tamen habet quæst. 2. de veritate, art. 1. in cor. & ad 1. & qu. 2. dist. 10. cor. & ad 7. & lib. 1. contra Gentes cap. 66. & 67. & 1. par. quæst. 57. art. 3. C. & quæst. 86. art. 4. & 2. 2. quæst. 171. art. 6. ad 2. & quæst. 174. art. 1. & in lib. 1. de interpf. cap. vltimo, lect. 13. aliisque locis, propter quæ merito Ferrar. in caput citat. libri 1. contra Gentes sic affirmat: *Vbi unus D. Thomas de hac materia loquitur, pro ratione quâ Deus cognoscit futura contingentia certitudinaliter, assignat hanc, quia illa sunt æternitati præsentia, id est, quia secundum seipsa sunt aliquando præsentia & coexistentia æternitati diuinæ, propter quod videntur à Deo secundum realem & actualè existentiam quæam habent in seipso.**

Ratio præcipua ad idem probandum, est illa quæ vtitur S. Thomas qu. 14. art. 13. in corp. Caietan. ibid. §. Quoad secundum, Capreol. in 1. dist. 38. qu. 1. art. 2. ad primum Durandi contra primam conclusionem, & alij communiter. Quia scilicet effectus contingens non potest, nisi secundum esse quod habet in illa, atque effectus contingens in sua causa proxima, etiam completa in actu primo, & proximè disposita ad operandum cum omnibus prærequiritis, non habet effectum certum & determinatum, sed indifferens, quia virtus causæ neque est ex se determi-

Ferrar. Probatur ratione. Libere facta non habent esse determinatum in sua causa, sed indifferens.

nata ad illum, neque ex adiunctis aut conditionibus prærequiritis determinatur ad agendum necessarium; adhuc enim est libera & potens agere, & non agere, ut libuerit. Ergo non potest talis effectus cognosci in tali causa cum certitudine infallibili. In causa, inquam, in actu primo sumpta, de qua quaestio est. Nam si sumatur in actu secundo cum determinatione libera, hoc ipsum est cognoscere operationem liberam in seipsa, & per seipsam, de quo non dubitamus.

15. Confirmatur, quia ut una veritas cognoscatur in alia, seu ex alia certo & infallibiliter, id est, ea cognitione cui impossibile sit subesse falsum, debet esse cum illa necessario connexa, ita ut impossibile sit stare illam veritatem sine ista. Atqui veritas causæ liberæ, in actu primo etiam completo sumptæ, non habet talem connexionem cum veritate effectus contingentis: ergo &c. Maior est evidens: quia ut una veritas cognoscatur in alia, seu ex alia, infallibiliter, debet habere connexionem infallibilem cum illa: non enim potest quilibet ex quolibet cognosci, ut loquitur ex Angelo, aut homo ex ventorum flatu: sed tantum ex eo cuius cognitio & veritas est cum illo connexa, adeo ut si vnum sit verum, alterum quoque verum sit. Sine qua connexionem intellectus non habet rationem sufficientem, qua determinetur ad illius assensum certum & infallibilem, ut alterius veritatis quæ potest stare sine ista. Atque hoc patet manifestè in discursu, in quo antecedens non determinat intellectum ad assensum certam conclusionis, nisi quia est ita connexum cum consequente, ut posita veritate antecedentis, consequens falsum esse non possit. Debetque intellectus hanc connexionem cognoscere, ut ut antecedentia determinentur ad assensum consequentis. In noticia autem vnius ex alio non discursiva, cuiusmodi, ex gr. est noticia fidei supernaturalis de rebus revelatis, idem omnino est necessarium. Nam ut certò assentiamur rei revelatæ propter revelationem diuinam, & veracitatem infallibilem revelantis, oportet necessario cognoscere certam & infallibilem connexionem rei revelatæ, cum revelatione diuina; & revelationis diuinæ, cum veracitate infallibili Dei revelantis. Adeo ut in tali assensu tanta sit virtualiter & æquivalenter noticia connexionis vnius cum alio, quanta in discursu est cognitio connexionis necessariæ consequentis cum antecedente. Similiter, quando cognoscitur causa per effectum, aut effectus per causam, siue notitiâ discursivâ, siue aliâ, non potest cognosci certò & infallibiliter, nisi sit connexio necessaria & infallibilis effectus cum tali causa, vel talis causa cum tali effectu.

16. Minor verò, quod scilicet veritas causæ liberæ, in actu primo etiam completo sumptæ, non habeat necessariam & infallibilem connexionem cum veritate effectus contingentis, probatur: quia causâ libera, in actu primo etiam completo sumptâ, est potens ad

agendum, vel non agendum, ut libuerit, & indifferens ad verumlibet; potestque ad talem effectum, vel ad eius oppositum se determinare. Ergo causâ libera in actu primo completo sumptâ, non habet necessariam connexionem cum tali effectu: potestque esse verum, quod causâ libera sit completa in actu primo, absque eo quod verum sit talem effectum esse. Prima propositio est nota ex ipsa definitione causæ liberæ, de qua alibi suo loco disputabitur. Consequentia verò manifestata est, quia illud non habet necessariam & infallibilem connexionem cum alio, quod potest esse sine illo. Probatur secundò inductione, quia neque in voluntate, neque in intellectu, neque in aliquo eis inherente, aut quouis alio præcedente natura prius ipsam liberam voluntatis determinationem, est connexio necessaria & infallibilis cum actu libero. Primò enim voluntas de se indifferens est ad huiusmodi actum. Secundò, iudicium præcedens liberam eius determinationem, non imponit illi necessitatem agendi, siue illud iudicium sit propositio simplex obiecti, siue imperium dictans voluntati agendum esse, siue iudicium dicitur, & proponens efficacius suum obiectum. Nam illis præsuppositis voluntas adhuc libera est, & potens agere & non agere. Neque enim libertas est formaliter in tali iudicio, aut in intellectu: sed in eo quod voluntas, positis omnibus ad agendum prærequiritis, potest agere & non agere. In quo dicitur à causis necessariis, quæ omnino non possunt non agere positis omnibus ad agendum prærequiritis, quæque naturaliter sunt determinatæ ad agendum quociescumque possunt agere. Tertio, habitus qui sunt in intellectu aut voluntate non imponunt illi necessitatem agendi, ut experientia manifestum est. Subsunt enim nostre libertati, & illis utimur cum volumus, ut ait Aristoteles. Quarto, nihil quoque est aliud natura præcedens liberam determinationem, quod habeat necessariam & infallibilem connexionem cum illa. Si quid enim, maxime prætorio diuina, ut volunt Thomista. Sed hoc est falsum: tum quia multi actus contingentet futuri, sunt mali, ad quos Deus non præmouet, alioquin esset author peccati: Neque etiam ex negatione sola præmotionis sequi potest necessario actus malus, ut dicam paulò post. Tum etiam quia ad actus bonos non ita præmouet, quin voluntas possit resistere præmotioni, ut definit Trident. sess. 6. cap. 5. & can. 4. & Concil. Senonense in decreto fidei 15. ubi ait, non esse talem Dei trahentis auxilium cui resisti non possit. Tum denique quia si præmotio talis est, ut eâ posita necessario sequatur actus bonus, aut eâ non posita necessario sequatur actus malus, tollitur libertas, quæ omnibus positis ad agendum prærequiritis, & in actu primo completo, constituta, debet posse agere vel non agere ut libuerit. Hæc omnia sunt clariora ex contrariarum opinionum refutatione.

SECTIO III.

Resutantur sententia contrariae.

17.

Bañez.

Aluar.

Ledesma.

Refertur

& refellit

sententia

affirmans

Deum certo

cognoscere

re futura

libera in

causa

predesti-

minata.

D. Thomas

Contrarium sentiunt primò Dominic. Bañez ad quæst. 14 art. 13. concl. 3. Diodac. Aluar. lib. 2. de auxili. disp. 2. & Petrus Ledesma lib. de auxili. disp. de scientia futurorum contingentium, dub. 2. pro responsio. ne ad tertium argumentum principale: affirmantes Deum certo & infallibiliter cognoscere actus liberè futuros in causa ipsorum proximè disposita, & completè determinata antecedenter ad operandum. Quam determinationem antecedentem in eo constituunt, quòd voluntas, naturà priùs quàm exerceat actum liberum, accipiat à Deo præmotionem quandam efficacem, quæ indifferentiam voluntatis universalem determinat, quæque necessaria est ad omnem actum liberum, siue bonum moraliter, siue malum, siue indifferentem. In qua præmotione Deus cognoscit certò & infallibiliter quid voluntas actura sit. Ad quod probandum adducunt primò testimonium D. Thomæ, lib. 1. contra Gentes cap. 67. in tertia ratione, ubi sic ait: *Sicut ex causa naturali sequitur effectus certitudinaliter: ita ex causa contingente completa, si non impediatur. Et 1. par. qu. 4. art. 13. in corp. Deus cognoscit omnia contingentia, non solum prout sunt in suis causis, sed etiam prout unquamque eorum est actus in seipso.* Quibus verbis contentant S. Doctorem tradere duplicem viam, quæ Deus certò & infallibiliter futura contingentia cognoscit. Secundo, addunt hæc præcipuè rationes.

18.

Primò, omnes causæ liberæ indigent præmotione efficaci prædeterminante ad omnes suas operationes. Ergo Deus potest certò & infallibiliter cognoscere effectus liberos in causa ita præmota & prædeterminata efficaciter. Secundo, Angeli cognoscunt effectus liberos in suis causis coniecturâ probabilissimâ. Ergo Deus, cuius vis intelligendi superat infinitè cognitionem Angelorum, potest eos cognoscere in iisdem causis notitiâ certâ & infallibili. Tertiò, Deus per suam infinitam virtutem intelligendi comprehendit omnes creatas voluntates. Ergo cognoscit certò & infallibiliter ea omnia quæ possunt illas impedire vel determinare ad operandum. Ergo in illis cognoscit certò & infallibiliter quid voluntas actura sit, vel non actura. Reliqua quæ obijciunt sunt minoris momenti.

19.

Contra quæ dico primò, vel postea illa præmotione & prædeterminatione in voluntate, actus ex illa necessariò sequitur, ita ut impossibile sit esse illam præmotionem, & non sequi actum: vel non necessariò sequitur. Si primum: tollitur libertas postea illa præmotione. Nam libertas in eo consistit, ut causa postea & stantibus omnibus ad agendum prærequisitis possit agere & non agere: quæ

potètia ad utrumlibet non stat cum tali præmotione, ut suppono ex ijs quæ à Suárez, Lessio, & pluribus alijs contra physicam prædeterminationem dicta sunt, de qua, quia sic iubet Sûmus Pontifex, dicere super ledeco. Vellem autem omnes Aduersarios pari erga Sedem Apostolicam reuerentia moueri. Sin autè dicatur secundum, ut reuera dicendū est, scientia Dei, certa metaphysicè, & absolutè infallibilis, id est, quam omnino impossibile est falli, non potest fundari in tali præmotione, quæ postea potest non sequi effectus. Nā si potest effectus non sequi postea præmotione: potest falli is qui absolutè affirmat effectū securum, fundatque suam affirmationē in sola præmotione. Ac sicut non est certum metaphysicè effectum fore, vi solius præmotionis, quippe quæ certitudine metaphysica non est cum illo connexa: ita scientia in tali præmotione fundata, non potest esse metaphysicè certa. Ac omnis scientia Dei est certa metaphysicè, & non moraliter tantum: ergo scientia Dei non potest in tali præmotione fundari. Item omnis scientia Dei est absolutè infallibilis, ita ut metaphysicè sit impossibile ipsam falli: ergo non potest fundari in medio absolutè fallibili, cuiusmodi est illa præmotio, si eā postea potest absolutè non sequi effectus. Quæ consideratione satis refutatur responsio eorum qui dicunt, sufficere quòd sit infallibilis connexio, inter præmotionem & effectum, quamuis non sit necessaria, & metaphysicè loquendo non repugnet effectum non sequi postea præmotione.

Secundò, quidquid sentiendum sit de prædeterminatione physica auxiliorū gratiæ ad actus bonos, de qua, ut iam dixi, non disputo: dico Deum saltem non præmouere ad actus malos, & tales, ut sine peccato non possint liberè à creatura exerceant. Verissimum enim est, quod ait Iacobus Apostolus, *Deus intèractor iniquum est, ipse autem neminem tentat: tentatione inducens ad peccatum: Vnusquisque vero tentatur à concupiscentia sui abjectus, & illeceus &c.* Induceret autem Deus ad peccatum, si præmoueret ad actus intrinsecè malos, aut qui in istis circumstantijs non possunt nisi male, & culpabiliter fieri. Neque dubiū est, quin Dæmones, & homines inducant ad peccandum, sintque auctores, & causæ peccati, quotiescunque præpouent alios: & cõsumo, iussu, adhortatione, promissis, comminationibus, aut alijs modis inducunt ad actus intrinsecè malos, aut in ijs circumstantijs, in quibus non possunt, nisi male fieri. An nullò magis, & efficacius Deus præmouet, si eius præmotio est talis, & tam efficax, ut eā postea, non minus necessariò, & infallibiliter sequatur actus malus, quam est necessarium, & infallibile Deum non falli in sua præscientia. Est autem metaphysicè necessarium, & absolutè infallibile Deum non falli: & necessariū est præmotionem esse talem, & tam efficacem, si in illa fundatur diuina præscientia futurorum, ut volunt aduersarij.

Neque sufficit respondere Deum non di-

20.

Deus non præmouet ad malum

re intendere malitiam ipsam peccati, neq; in ea sibi complacere; vt faciunt Dæmones; & mali homines ad peccandum impellentes suasionem, consilio, imperio, & alijs modis. Nam contrā: quod Deus non intendat directē malitiam, neque in ea sibi complacere, non facit vt eius excitatio, & impulsio sit minus efficax, siquidem æquē necessitatē antecedenter ad actum culpabilem, ac si malitiam directē intenderet, in eaque sibi complacere. Deinde vitiosum est, & Deo indignum malitiam vel indirectē, & consequenter intendere, & ad illam ineuitabiliter impellere. Item, Caluinistæ non dicunt Deum intendere directē malitiam, vel in ea sibi complacere: sed potius dicunt Dei Decreto necessitari ad peccatum non desse suam æquitatem, & iustitiam, id est, Deum recta intentione, & sanctē id facere. Et tamen damnantur à Tridentino & ab omnibus Catholicis, quod Deum sic faciunt autorem peccati. Ergo vt Deus verē dicatur non esse causa peccati, non sufficit dicere, ipsum non intendere directē malitiam, vel in ea sibi placere.

1. Tertio, indignum est Deo, & à ratione alienum existimare, ipsum præmouere ineuitabiliter ad actus malos, & tamē nos tam seuerē prohibere, exprobrare, punire, temporali nique & æternorum suppliciorum cōminationibus ab illis deterrere. Hoc enim est facere Deum sibi ipsi aduersari: & impellere nos efficaciter & ineuitabiliter ad illud ipsum, quod vult à nobis vitari. Nobisque exprobrare, & æternis supplicijs vitari, id quod ipso præmouente tam fuit impossibile non fieri à nobis posita præmouitione, quam est impossibile Deum falli in sua cognitione. Perinde ac si quis alterū in peccatū precipians præmouitione efficaci, & infallibiliter habitura effectu in sua, tam efficaci, vt in sensu cōposito non possit illi resisti: exprobraret illi quod in puteum cecidisset, grauique pœna propterea illū afficeret. Adde, quod Deus loquitur per modum admirantis, de malis quod undā operibus, atque, se euentum cōtrariū expectasse. Vt cum ait apud Hieron. 5. v. 4. *Quid est quod debui vltiā facere vineas meas, & non feci? An quod expectaui vt faceret vna, & fecit labruscas?* Et Christus apud Matthæum capite vigesimo tertio, vers. trigesimo septimo, *Hierusalem quæ uolui congregare filios tuos, sicut gallinæ congregat pullos suos sub stratis, & non uoluit, quæ uoluit causa legitima esse potest admiratiōnis quod sequatur effectus ex præmouitione & efficaci. Aut quomodo potest prudētē expectare cōpositū? Potius egim admiratione dignū esset, si effectus non sequeretur, ex causa infallibiliter connexa tantā necessitate, quantā est Deum non posse falli.*

22. Quarto, Deus præmouet quidē ad actus bonos, præsertim ad supernaturales, ad quos auxilium gracie præuenientis necessarium est: sed tamē eius præmouitio non est talis, vt uolūtas non possit ei dissentire si uelit, & inspiratio non illā abire: vt generatim de gratia præueniente desinit Trid. sess. 6. can. 3. & cap. 5. &

Cōcil. Senonen. in Decreto fidei, ubi affirmat non esse tale Dei trahētis auxilium, cui resisti nō possit. Loquitur autem Trid. de potentia non solum physica, vel metaphysica, sed etiā morali, quæ possit moraliter in actū reduci, atque interdū redudatur. Nā de illa potentia Concilia loqui solent, præsertim in rebus moralibus: & quod moraliter non potest fieri, dicitur à Concilijs simpliciter non posse fieri. Quemadmodum idem Trident. sess. est. can. 22. absolute pronūciat, & desinit sub anathemate, iustificatum nō posse pgruērare in accepta iustitia, sine speciali auxilio: tamen si non perduerat, id est, si peccat mortaliter, & propter peccatum mortale amittit iustitiam, possit physicē nō peccare, quia liberē peccat. Et can. 23. anathematizat eum qui dixerit iustificatum posse in tota uita, peccata omnia, etiam uenialia, vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio. Et tamen possunt physicē vitare omnia uenialia, sine illo speciali priuilegio sine quo culpabiliter & liberē non uitan- tur.

Ad primū testimonium D. Thom. Respondeo cum Ferrar. in cōmētarij eiusdem loci, Suar. lib. 1. de scientia futurorum, cap. 1. n. 2. Hericē disp. 6. cap. 2. n. 27. & alijs, S. Doctore ibi loqui de effectibus cōtingentibus tantū secūndum quid, quatenus possunt impediri ab aliqua causa libera: sed alioqui necessariō prouidentibus à sua causa, si non impediatur. Aliam tradit expositionem D. Th. in cōputatione septuagesimæ septimæ, sectione quarta, numero tertio & quarto, quæ apud ipsum uideri potest, & magis nō placet.

Ad secūndū Respondeo, sensum D. Thom. esse, quod Deus cōnectat omnia contingētia, non solum prout sunt in suis causis, id est, non solum vt possibilia sunt, vel vt possunt cōtingēter & liberē fieri, aut non fieri: sed etiam prout unumquodq; eorū est actu in seipso: illud scilicet intendo prout actu est, & prout est in sua præsentia uitate, vt ait paulo post. idē prout actu existit aliquādo. Dicerē autē quod D. Thomas uerbis illis tradat duplicem uiam cognoscendi eorū & infallibiliter futura: vnā in causa, alterā in seipsis: est apertissimē cōtra eius mentē & textum. Ibidē enim immediatē antea sic ait: *Quicumque cognoscit effectum contingētem in sua causa, non habet de eo nisi cōiecturalem cōiuguram.* Quia nimirum, vt ait paulo superius, *causa contingens se habet ad opposita: id est, potest operari & non operari vt liberit.*

Ad primā ratiōnem, nego antecedens. Nam potius illa prædeterminatio, qualis fingunt Aduersarij, non cōuenit naturę libertatis, quæ ut ait D. Thom. 1. 2. q. 10. art. 4. in corpore debet se habere indifferētē ad multa, & non ita moueri à Deo, vt necessitate determinetur ad unum, sed remaneat flexus eius contingēns & non necessarius. Itaque illa potius debet seipsam determinare, & non ad alio prædeterminari, ita vt non possit non agere posito aliquo antecedente uolū libertatis, & se tenente ex parte a quo prius, cuiusmodi esset

23. Ex h. autem testimonio D. Thom.

24.

25. Soluuntur rationes.



illa præmogio.

Ad secundam, nego consequentiam. Nam intelligentia Dei infinita non potest cognoscere in causa, quod non est in illa cognoscibile sicut omnipotentia Dei quævis infinita, non potest facere quod non est possibile. At effectus contingens non potest cognosci certò & infallibiliter in sua causa, solum in actu primo sumpti, et antea ostendimus. Ad tertiam, respondebitur paulò post in refutatione opinionis Molinæ.

26. Opinio affirmas Deum præscire futura libera per comprehensionem causæ liberæ creatæ. Contraarium enim sentiunt secundò Ludovic. Molina 1. p. q. 14. a. 13. disp. 14. conclus. 1. & disp. 15. post medium, §. *Intra*, & disput. 17. colum. 3. §. *Triplex*, & disp. 18. memb. 1. & in Concord. disput. 49. & 50. & Becanus eum sequutus 1. par. c. 10. qu. 7. num. 3. affirmantes Deum cognoscere futura contingentia creaturarum per supereminentem comprehensionem liberi arbitrij, quæ nimirum liberum arbitrium creatum ita penetrat & comprehendit, ut prævideat in quam partem sit, aut foret se determinaturum, in his aut illis circumstantijs. Non quòd ratio cognoscendi futuram determinationem sit ipsa libertas arbitrij in se spectata (siquit Becanus) sed infinita perfectio diuini intellectus, quæ plus potest cognoscere in causa, quàm de facto in ipsa sit. Nam si prædens, qui ingenium ac indolem filiorum suorum perfectam habet, potest probabiliter prævidere quid singuli facturi essent, si hæc aut illas occasiones haberent, multò magis potest Deus certò prævidere, quid singuli homines facturi essent, si hæc vel illæ circumstantiæ adessent. Hæc Becanus. Addit verò Molina Deum quidem de omni voluntate creatæ, propter supereminentiam eius comprehensionem, scire ab æterno quid in quocunque casu ageret, si casus poneretur: sed tamen de diuina voluntate non habere ealem scientiam: Quia diuina intelligentia non ita supereminet diuinæ voluntati, quemadmodum supereminet voluntati creatæ. Item quia posita illa scientiâ, Deus non foret liber. Nam illa scientia esset Deo naturalis. Et illa stante, non posset voluntas aliter se habere, quàm secundum illam scientiam: quia Deus non potest falli. Tertio, quia si Deus de sua voluntate ita cognoscit contingentias possibles non futuras absolute, sed tantum conditionate: ergo Deus prius ratione cognouit quid liberè eius voluntas esset actura. Sed hoc est falsum. Nam in diuina voluntate non fuit aliquod futurum, sed habuit ab æterno omnem actum & omnem determinationem, quam nunc habet.

27. Refutatur. Hæc opinio, si tantum veller cognitionem futurorum contingentium esse partem comprehensionis voluntatis creatæ, quæ Deus nouit perfectissimè quæcunque ad ipsam pertinent, aut pertinerent in quocunque hypothesi, veræ esset: sed si eo peccaret, quòd similem scientiam Deo negat circa suam voluntatem, quam non minùs comprehendit, id est, non minùs nouit adæquatè quicquid ad eam per-

tinet, aut pertineret in quocunque casu, Nec refert quòd non eam supercomprehendit, sicut supereminet voluntati creatæ. Nam ille excessus dignitatis, aut perfectionis intelligendi supra obiectum, nõ est necessarius: sed sufficit intelligentiam adæquari obiecto in extensione & intentione cognoscibilitatis: id est, cognoscere illud quantum cognoscibile est, ita ut nihil illius lateat. Hoc enim posito cognoscuntur omnia quæ pertinent ad obiectum. In eo autem consistit comprehensio, ut ostendimus disp. 8. s. c. 5.

Verum non est ille sensus Auctorum, quos refutamus: sed potius quòd intellectui diuino propter suam perfectionem infinitam, & supereminentiã supra creatas voluntates, sufficiat illas inueniri cum omnibus adiunctis aut conditionibus ad actum liberum prærequisitis, ut in illis cognoscat certò & infallibiliter, quidnam actura sint: sicut Pater qui bene nouit indolem filiorum, nouit coniecturaliter ex indole quid in talibus occasio-
nibus sint facturi. Quæ opinio sic intellecta reicienda est. Primum quia liberum arbitrium, spectatam licet cum omnibus adiunctis & circumstantiis ad agendum prærequisitis, nõ est necessariò & infallibiliter absolute connexionum cum effectu libero; quippe quem potest ponere vel non ponere, ut vult. Ergo non potest fundare diuinam præscientiam infallibilem absolute. Neque refert quòd Deus liberum arbitrium perfectissimè penetrat & supercomprehendit. Nam quòd magis illud penetrat & comprehendit, eò magis videtur non esse necessariam & absolute infallibilem connexionem illius, in actu primo sumpti, cum effectu libero.

29. Causa libera, in actu primo sumpta, nõ est sufficiens ratio cognoscendi effectum. Secundo, si causæ libera spectata cum omnibus ad actum primum pertinentibus, & ad usum liberi arbitrij prærequisitis, esset sufficiens ratio cognoscendi certò & infallibiliter quid actura sit: deberet in causa antecedenter sumpta esse ratio sufficiens, cur ex illa talis effectus sequeretur infallibiliter. Cognitionis enim vera debet esse conformis & commensurata obiecto, habereque in re fundamentum sufficiens vnum ex alio cognoscendi, quotiescunque vnum ex alio cognoscit certò, & infallibiliter. Quod fundamentum, ut supra ostendimus, non potest esse aliud, quàm necessaria & infallibilis conuexio vnius veritatis cum alia. Atque in obiecto, si est, in causa libera, antecedenter, etiam complete sumpta, non est sufficiens ratio cur effectus liber sequatur ex illa infallibiliter, absolute infallibilitate. Primum, quia multi sunt actus liberi, ad quos voluntas in actu primo completo sumpta, id est, cum omnibus adiunctis & circumstantiis prærequisitis, est æqualiter indifferens, & indeterminata: nihilque habet quod ad vnum potius, quàm ad aliud illam inclinet: ut eam è duobus planè æqualibus vnum præ alio eligatur: Cum manum in hæc aut illam partem æquè facilem & commodam mouemus: & sic de aliis innumeris, in quibus causa libera complete sumpta ante-

cedenter, ne coniecturalē quidem præscientiam fundare potest. Secundò, quia licet sæpissime aliqua adiuncta, antecedentia liberum vsum voluntatis, illam ferant & inclinent ad vnum potius quàm ad aliud, vt iudicium de meliori bono, inspirationes diuinæ, & similia: Contingit tamen vt non raro voluntas operetur contra maiorem illam inclinationem, & faciat oppositum eius, quod secundum illam expectari debuerat: iuxta illud Isai. 5. *Quid debui ultra facere vinea mea? expectaui vt faceret vinas, &c.* Quomodo ergo potest cognosci certò & infallibiliter, effectum esse securum ex tali inclinatione? Aut quomodo in causa libera, in eo statu posita, antecederet fuit connexio infallibilis cum tali effectu determinato? Qui certè si fuisset ita connexus, non esset cauta admirandi quòd sit securus, neque expectandi oppositum. Neque enim est mirabile quòd ex alio sequatur id, quod cum illo est connexum infallibiliter: sed potius esset mirandum, si non sequeretur, & ineptum est expectare oppositum. Tertiò, sæpè iam contingit causas liberas, similiter se habentes in actu primo completo, diuersimodè, & contrariè operari: tum eandem diuersis temporibus: tum diuersas eodem tempore. Contingit etiam leuissima de causa, hoc aut illo modo operari, ita vt in peccatum prolabantur leuissimè, cum facile possent resistere si vellent. Ergo falsum est in huiusmodi casibus esse infallibilem connexionem causæ liberæ, in actu primo sumptæ, cum effectu. Alioqui vbicumque esset eadem, aut par ratio & status causæ, esset connexio infallibilis cum eodem effectu. Neque esset facile, imò esset impossibile impedire sequelam talis effectus, posita causâ in eo statu. Consequentia patet. Antecedens probatur exemplis Angelorum, primorum Parentum, & similiarum. Nam ex Angelis aliqui eodem modo præuenti, & in iisdem circumstantiis positi, peccarunt, aliis in obsequio Dei perseverantibus. Similiter homines simili modo se habentes antecedenter, dissimiliter non raro operantur. Atque est profus incredibile innumerabiles creaturas liberas, in similibus quibusvis circumstantiis, esse semper eodem modo operaturas, idque tam certò vt sit penitus infallibile. Primi verò Parentes tam mirabiles à Deo præuenti, & tot ac tantis gratiæ donis præmuniti, leuissima de causa peccarunt. Salomon quoque tantâ sapentiâ, Dei que veri notitiâ præditus, stultissimè in idololatriam prolapsus est, amore mulierum alienigenarum, cum tot indigenis abundaret: Sanè nulla fingi potest verosimiliter connexio infallibilis ex natura rei inter huiusmodi causas antecedentes spectatas, & tales earum effectus, quorum oppositi multò magis expectari & sperari debebant in omnibus illis circumstantiis. Concludo itaque, Deum non habere in huiusmodi casibus vnde cognoscat infallibiliter futura contingenter.

Tomus I.

Ad primum autem argumentum Becani, Respondeo primò, parum coherentem ipsum asserere, libertatem arbitrij in se ipsam, cum omnibus scilicet antecedentibus operationem, non esse Deo causam seu rationem ex parte obiecti ad cognoscendum futura determinatè: & tamen Deum illa cognoscere ex causa libera, sicut patet nouit ex indole filiorum bene sibi perposita, quid filij sint acturi. Secundò, Deum non posse plus cognoscere in causa, quàm de facto in illa sit cognoscibile. Atquè futurum liberum non est certò & infallibiliter cognoscibile in sua causa, vt patet ex dictis num. 12. & sequentibus.

Ad secundum argumentum Molinæ, iam ostendimus, comprehensionem causæ liberæ non sufficere, quia non facit vt Deus cognoscat amplius in causa, quàm in ipsa sit cognoscibile, sed tantum vt cognoscat ad quædam causam, quantum cognoscibilis est: super comprehensionem verò esse impertinentem ad noticiam de qua loquimur. Nam si in causa esset sufficiens ratio inferendi effectum infallibiliter; sufficeret cognoscere quicquid est in causa, id est, illam comprehendere, vt per causam cognosceretur effectus infallibiliter. Ad reliquum obiectionis Respondeo Deum non minus cognoscere de sua voluntate quàm voluisset in quacunque hypothesi, v. g. si hunc mundum non creasset, voluisset creare alium, & creaturas alias intellectuales in eo constituere, atque ad gloriam celestem ordinare: non quia suam voluntatem supercomprehendit: sed quia cognoscit quicquid verum est. Est autem verum, num determinatè è duobus, quòd v. g. si hunc mundum, non voluisset creare, vel voluisset creare alium, vel non creasset. Neque propterea illa scientia est Deo naturalis, neque necessaria absolutè, sed contingens simpliciter, & necessaria tantum ex suppositione, sicut eius obiectum est contingens & potest aliter se habere. Causa enim cur Deus scit se voluturum fuisse hoc aut illud, sub tali aut tali conditione, est quia Deus voluisset: & quia liberè voluisset, potuisset non velle. Ideoque potuisset etiam non scire hoc, sed aliud. Similiter Deus ab æterno rationè prius cognoscit determinationem liberam suæ voluntatis, siue absolutam, siue hypotheticam. Non quasi futuram posteriùs duratione: sed quia cognoscit independenter ab existentia vt actualiter scientiam præcedente. Nam re ipsa intellectus diuinus non postulat actum diuinæ voluntatis præsentem, vt eum cognoscat, sed potest cognoscere eo modo quo cognoscit nõ præsentia. Et cognosceret, quamuis ille actus ab æterno non fuisset: id est, si per impossibile Deus non habuisset ab æterno liberam determinationem suæ voluntatis, sed habiturus fuisset in tempore; præsciuisset ab æterno quam determinationem esset habiturus. Similiterque sciuit ab æterno, quam determinationem fuisset habiturus, si non habuisset quam habuit.

30
Soluuntur
argumenta
contrarie
sententiæ.

31

Deus eo
cognoscit de
seipso quid
voluisset in
quacunque
hypothesi

Deus cog
noscit li
beras suas
determina
tiones in
dependenter
ab existen
tia vt a
ctualiter
præcedere
scientiam.

Refellitur
sententia
affirmans
liberè fu-
tura cog-
nosci certò
in dictami-
ne prævio
intellectus.

Supereft tertia sententia contraria eorum qui dicunt voluntatem nunquam operari, nisi prævio dictamine intellectus quòd illi operandum fit, contra quòd dictamen voluntas agere non potest. Ex quo sequitur, Deum in tali iudicio, seu dictamine prævio, habere medium sufficiens, quo cognoscat certò & infallibiliter quicquid voluntas operatura est. Sed hæc sententia falsum supponit fundamentum, & libertatem destruit. Primò enim repugnat Trident. sess. 6. cap. 5. & can. 4. desinienti liberum arbitrium à Deo motu & excitatum, posse abijcere diuinam inspirationem, illique resistere. Inspiratio autem illa est ordinariè dictamen, seu illustratio intellectus, dictans quid agendum sit. Secundo, repugnat experientia. Experimur enim nos saepe facere contra dictamen intellectus, juxta illud Medæ apud Ouidium,

Video meliora, proboque,

Detiora sequor.

Quòd quotiescunq; peccamus, agimus contra conscientiam dictantem non esse agendum, id quòd agimus, aut non esse omitendum id quòd omitimus: idque præstare & melius esse, quàm oppositum simpliciter & absolute, id est, omnibus spectatis. Tertio, repugnat naturæ libertatis, quæ non debet necessitari à iudicio prævio, sed potius constitui in eo statu, in quo sit sufficienter indifferens, & domina sui actus, potestque seipsam determinare ad agendum, vel non agendum, ut voluerit, propter varias rationes boni vel mali, cognitæ in obiecto. Et alioqui actus procedens à voluntate, posito tali iudicio necessario, non est magis liber, quàm sit amor beatificus præsupposita clara Dei visione. Quarto, vel illud iudicium necessitans voluntatem, est necessarium, vel liberum. Si necessarium: ergo voluntas non liberè agit: quippe quæ illo posito non potest non agere; & non pendet ab eius libertate ut ponatur vel non ponatur. Si liberum: par de illo est difficultas quomodo à Deo cognoscatur, ac de actu libero voluntatis. Deinde eum iudicium intellectus non sit liberum formaliter, sed tantum denominatiuè ab aliquo actu libero voluntatis, à quo pendet: debet tale iudicium præsupponere actum voluntatis, qui actus prærequirit aliud iudicium pariter necessitans, & sic de illo redibit eadem questio. Est autem euidenter impossibile, cum in huiusmodi actibus nostris non sit progressus in finitum, primum iudicium, à quo actuum voluntatis series inchoatur, præsupponere actum voluntatis. Alioqui enim iste actus exerceretur à voluntate, nullo præcunte iudicio, seu cognitione necessario prærequisita ad bene operandum.

SECTIO IV.

An Deus cognoscat contingentia absolute futura in suis ideis, vel in sua scientia efficaci.

Hucusq; ostēdimus Deum non cognoscere futura absolute ex libertate creaturaru, in ipsa libertate, vel in alio medio creato. Superest quætere an sit aliquod mediū increatū ex quo Deus possit ea primò & vniuersaliter cognoscere? Primo, inquam, nam quòd secundario, & reflexè virtualiter possit ea cognoscere in sua directà & primaria eorū cognitione, dubium non est. Tria verò sunt de quibus præcipue dubitari potest. Nimirum idea diuinæ, scientia Dei efficaciæ, & decreta diuinæ voluntatis. De duobus prioribus dicemus in præsentia: de tertio, sectione sequenti.

Sunt ergo qui putant ideas diuinas esse sufficientes medium, in quo Deus cognoscat futura contingentia. Ita Caiet. 1. p. qu. 14. ar. 13. exponens in huc sensum id quòd ait S. Thomas eodem articulo, Deum non solum cognoscere futura in rationibus rerum, quæ in se habet, ut quidam dicunt: sed etiam quia eius intuitus æternus fertur ab æterno supra omnia, prout fuit in sua præsentia. Putat enim Caietanus S. Doctorem verbis illis tradere duplicem viam sufficientem, quæ Deus cognoscat futura contingentia. Nempe & in suis ideis seu earum rationibus quas habet: & in seipsis ut existentibus, sive quæ æternitati præsentibus. Ruit verò disp. 24. sect. 3. nu. 3. & 4. ceteræ essentialia diuinæ, & eius omnipotentiam, & ideas æternas, esse obiectum formale, ratione cuius cognitio cognoscit Deus omnia futura contingentia, tanquam obiectum materiale. Quia, inquit, nulla cognitio possibilis est, quæ non versetur circa aliquod obiectum formale, ratione cuius cognoscatur obiecta materialia. Sed nulla creatura potest esse obiectum formale cognitionis diuinæ, quantumcumque limitata ad propositiones contingentia, ne Deus perfectionem accipiat à creatura, vel ab illa pendat quoad suam operationem. Ergo &c. Addit verò n. 12. diuinam potentiam & ideas, non esse obiecta formalia profus determinantia ad iudicium de futuris contingentibus, nisi præsupposito actu libero diuinæ voluntatis, & præterea, præsupposito futuricio liberae volitionis creatæ: quia naturalis representatio idearum diuinarum, & omnipotentia, non est determinata ad hæc potius futura, quàm ad illa, sed est indifferens, ut hæc aut illa sint futura: imò & ut nulla sint futura.

Sed hæc sententia utroque sensu rejicienda est. Quia quòd est medium cognoscendi aliud certò & infallibiliter, debet esse conexum cum illo infallibiliter: alioqui vnum non potest infallibiliter inferri ex alio. At idea diuinæ, & omnipotentia, vel essentialia, non sunt infallibiliter connexa cum futuris contingentibus: possunt enim esse sine illis, & fuisse, si Deus nihil extra

33

34.

Sententia affirmans de ideis.

Caietan.

Ruit.

35

Id est, ut non sit omnipotentia, & essentialia, non sunt sufficientia medium cognoscendi futura libera.

creare voluisset, in quo casu nulla essent futura contingenter ex libertate creaturatum: Liberè autem Deus creare voluit. Secundo, idea diuina, siue sint ipsa essentia vt imitabilis à creaturis, siue notitia illarum vt possibilem & producibilem virtute diuina, representant tantum res vt possibile & producibile, & equaliter se habent ad possible quæ nunquam erunt, atque ad illa quæ aliquando existunt. Ergo non sunt medium infallibile cognoscendi hæc potius esse futura, quam illa. Ac sicut non est necessaria & infallibilis connexio inter rerum possibilitatem, & earum futuritatem; alioqui res omnes possibile essent futuræ; ita neque est inter cognitionem obiecti representantis tantum res vt possibile, & cognitionem earundem vt futurarum.

36 Soluuntur argumenta scientiæ affirmatiuæ.
Ad fundamentum Caietani, respondeo malè ipsum supponere D. Thomam verbis relatis tradere duas sufficientes rationes cognoscendi futura contingenter certè & infallibiliter: cum eodem art. & alibi sapius, affirmat, Deum non illa cognoscere certè & infallibiliter in suis causis, sed in eorum presentitate, id est, intuendo existentiam ipsam quam habent suo tempore. Potest autem sic explicari locus ille D. Thomæ, ita vt velit Deum cognoscere futura contingenter per ideas suas formaliter, non præcisè, sed vt modificatas quodammodo per intuitum futurorum in seipsis. Quatenus scilicet eadem cognitio diuina, quæ est idea & notitia rerum vt possibilem, postea ex parte obiecti vltimè modificatione futuritionis, modificatur & ipsa, id est, tali modo se habet, vt obiecta non tantum representet, quasi possible, sed & intueatur tanquam futura.

37 Ad primum argumentum Ruis, respondeo multa assumere non vera. Quod nimirum in omni cognitione sit distinctio obiecti materialis & formalis: quod falsum est de obiectis quæ cognoscuntur per seipsa formaliter immediate, & nullo modo per aliud, vt lux, sonus, calor, frigus, respectu sensuum, & similia. Item quod actus cognitionis sumat suam perfectionem ab obiecto, aut ab illo pèdeat. Quod falsum est de cognitionibus quæ non pendent à concursu obiecti: cuiusmodi sunt cognitiones diuina: ad quas obiecta creata non concurrunt actiue, sed tantum se habent terminatiue, aut determinando occasionaliter.

38 Ad secundum respondeo id quod est indifferens ad vnum potius quam ad aliud, non posse esse medium formale cognoscendi infallibiliter vnum potius quam aliud. Ergo si idea & omnipotentia diuina est indifferens, vt fatetur Ruis: non potest esse Deo medium formale cognoscendi infallibiliter ea quæ futura sunt. Ratio ergo obiectiua cognoscendi illa, non est idea, vel omnipotentia: sed ipsa merè eorum futuritio, quæ per directè & immediate cognoscitur à Deo, abique indigentia alterius obiecti formalis.
Secundò Palac. in 1. dist. 28. disput. 2. dub.

penult. & quidam alij existimant Deum cognoscere futura contingenter in sua scientia efficacitate: quam efficacitatem aiunt esse antecedentem ad liberam determinationem voluntatis diuina, eligentis efficere, aut permittere, vt è duobus contradictoriis hoc potius quam illud sic futurum. Ratio præcipua illarum est, quia scientia Dei est causa futurorum, vt docent August. Gregor. Magnus, & alij Patres, affirmantes res esse futuras, quia Deus scit illas; non conuerso. Ergo Deus potest futura præscire ex vâ causalitatis suæ scientia. Item quia repugnat intellectum diuinum determinari à voluntate, vel ab aliquo alio, quasi de se indifferens sit. Omnis enim indifferens, repugnat actui purissimo.

Sed hæc sententia falsa est, & improbabilis. Si enim scientia diuina, antecedenter omnem determinationem diuinæ voluntatis, esset de se determinata ad futura contingenter representanda; sequeretur futura esse necessario futura, absolutâ necessitate, independenti à libera Dei voluntate, vel alia quauis hypothesi. Nâ obiectum quod Deus cognoscit esse futurum, non potest non esse futurum. Sed Deus independenti à libera sua voluntate, & quauis adia hypothesi extra suam scientiam, est determinatus ad cognoscendum hoc esse futurum, vt voluit Aduersarij: aiunt enim intellectum diuinum neque à voluntate, neque ab alio posse determinari, vt hoc potius representet, quam aliud. Ergo &c. Secundo, si scientia futurorum esset medium, scientia futurorum esse prior seipsa: quia medium est prius cognitioni, cui est medium, tanquam ratio vel causa cognoscendi. Tertio, si supponunt scientiam, quæ Deus futura cognoscit, vt talem, esse causam ipsorum. Nam illa scientia est merè speculatiua: & potius ordine rationis præsupponit suum obiectum. Non enim ideo Petrus peccabit, quia Deus præscit esse peccaturum: sed potius contra, ideo Deus præscit esse peccaturum, quia peccabit, vt loquitur Origenes, Iustinus Martyr, & alij Patres alibi citati, disp. 9. n. 133. Dico igitur scientiam rerum vt possibilem & producibilem esse causam earum, quatenus dirigit voluntatem & omnipotentiam in earum productione, si Deo libet placet eas producere. Nâ alioqui scientia possibilem, non habet necessariâ connexionem cum earum productione. At verò scientiam rerum vt futurarum, non magis esse illarum causam, quam scientia rerum vt presentium, vel vt præteritarum, sit causa cur presentes, vel præterita sint. Est enim quæ simplex & speculatiua intuitus earum, supponens eas esse, quales intelliguntur. Tertio, falsò quoque supponunt omnem indifferenciam Deo actui purissimo repugnare. Ex quo sequeretur Deum non esse liberum ad extra: quia libertas non potest esse sine indifferenciam ad opposita, cum potestate se ad vnum determinandi. Quare sicut negari nequit sine hæresi Dei voluntatem esse

Altera sententia, q. 64. Deus cognoscat futura libera in sua scientia efficaci.

40

Scientia possibilem est causa rerum, sed non scientia futurorum.

ANTONIO
DEUS
VI
U.

aliquo modo indifferentē quoad liberam determinationem, seu habitudinem ad obiecta creata: ita pariter fatendum est diuinum intellectum, absque vlla imperfectione, esse indifferentem vt hæc aut illa representet, prout ex libera determinatione diuinæ voluntatis, aut credularum, sunt futura: ita vt si non essent futura, non representaret: potueritque non representare, sicut illa potuerunt non esse futura. Ac sicut habent à libertatis determinatione quòd sicut futura; ita ab eadem habent quòd præsciatur à Deo vt loquuntur SS. Patres. Quibus non contradicit D. August. lib. 5. de Ciuit. cap. 9. in fine, cum sic ait: *Quapropter & voluntates nostræ tantum valent, quantum Deus eas volere voluit, atque præsciuit.* Quia loquitur ibi de scientia simplicis intelligentiæ, id est, de illa quæ Deus nouit creaturas vt possibiles, quam fatemur esse causam earum, & de illa verum esse creaturas esse futuras, quia Deus scit illas, id est, quia per suam scientiam potest concurrere ad earum productionem. Sicut artifex potest pingere, quia nouit modum pingendi. Quod autem addit: *Ex ideo quidquid valent, certissime valent: & quod factura sunt ipse, omnino factura sunt, quia valiturae, atque facturas ille præsciuit, cuius præsentia falli non potest.* significat tantum necessitatem consequentiæ rei ad præscientiam, quòd scilicet res non possit non esse futura, posito quòd Deus præsciat illam esse futuram, id est, posito quòd futura sit.

S E C T I O V.

An Deus cognoscat futura libera creaturarum in suis decretis?

41.
Sententia
affirmans.

Non pauci, præsertim de Thomistis recentioribus, censent Deum præcognoscere contingentia absolute futura in decreto suæ voluntatis. Loquuntur autē non modò de illis futuris quæ pendent à sola diuina voluntate, & vt illius solius futura sunt: cuiusmodi erat creatio mundi, antequam à Deo produceretur: quam non negamus potuisse à Deo cognosci infallibiliter in solo suo decreto efficaci de mundo creando, quòd decretum liberum, quicquid sit à parte rei, non potest Deo esse ignotum: idemque dico de aliis simili modo futuris ex sola Dei voluntate: sed etiam loquuntur de his quæ futura sunt dependenter à libertate creaturarum, quæ dicunt pariter præsciri à Deo certò & infallibiliter, vt sui decreti quòd ab æterno de illis habuit. Hoc autem decretum duplex esse intelligi potest. Vnum, quo Deus discernit tantum concurrere cum voluntate creaturæ, si velit ipsa operari; & constituere illam in actu primo completo & sufficiente ad liberè operandum, offere quo illi concursum, seu exhibendo illi suam omnipotentiam paratam ad cooperandum simul cum illa, id

Decretum
Dei duplex
circa futura
libera.

quod ipsa voluerit operari. Quæ exhibitio necessaria est omnibus causis creatis vt sint completè porentes ad operandum, quia se solis, & sine concursu causæ primæ, nihil possunt operari, vt suppono ex dicendis in tract. 3. de Deo vt Creatore. Cum hac solum differentia, quòd causis naturalibus & necessariis, naturā suā determinatis, Deus offert concursum determinatum ad effectum, ad quem ipsæ determinatæ sunt: liberis verò & indifferentibus offert concursum indifferentem, id est, potentiam suam indifferentem paratam concurrere ad id quòd volēt operari. Sic enim Deus sapienter & suauiter naturis causarum secundarum sese accommodat. V.g. igni, præter stupida, Deus non offert nisi concursum determinatum ad comburendum: quia natura ignis ad comburendum determinata est in tali occasione, id est, ignis ex natura sua, & naturali necessitate, non potest non comburere. Petro autem constituto in occasione negandi Christum, vt eundem fortiter, & generosè confitendi, offert Deus concursum ad vtrumlibet: quia cum eius voluntas sit libera circa tale obiectum, possitque negare vel confiteri, prout voluerit, debet habere concursum Dei paratum ad vtrumlibet, vt Deus eius naturæ se accommodet, compleatque ipsam in actu primo sufficiente ad liberè exercitium eligendi vtrumlibet. Siue autem constitatur, siue neget; necessarium est Deum concurrere ad entitatem actus quem exercebit, siue bonum, siue malum moraliter: Cum sit penitus impossibile viliu actum posituum exerceri à voluntate creata sine Dei concursu. Ad liberam autem omissionem opus est Deum esse paratum ad cooperandum, si creatura velit operari: & ad permittendum vt non operetur, si non velit operari.

Alterum decretum est voluntas vt hic actus fiat à creatà libertate, & vt ipsa velit eum solere. Quæ voluntas duplex intelligi potest. Vna, quæ quantum est ex se possit compati oppositum, sitque oppositum permittitur de facto, si creatura non velit operari. Cuiusmodi est voluntas quæ Deus vult omnes homines saluos fieri, & pie viuere, suisque obedire mandatis: quæ voluntas in multis non impletur. Altera est voluntas efficax, quæ ita vult actum illum fieri, vt non sit paratus permittere oppositum, nullaque sit conditio necessaria vt fiat actus, quam Deus non sit possurus ex vi & efficacia huius voluntatis, quæ talis est vt non possit compleri oppositum: vnde etiam vocatur efficax & absoluta. Et hæc proprio nomine vocatur prædefinitio, quatenus per illam, ante præuisum actum liberum creaturæ vt absolute futurum, decretum illum fore, absolute & efficaciter; ita vt vi huius voluntatis non possit permittere vt futurus non sit, sed omnibus modis necessariis sit procuraturus vt fiat. Et hæc voluntas sic prædefiniens non est necessaria ad omnes actus liberos creaturarum, quemadmodum est præparatio concursus. Nam actus mali & peccaminosi, qui sunt à creaturis, non sunt

Concursus
Dei offertur
modò causis
liberis &
& causis
necessariis.

41.

Decretum
prædefiniens
quid sit?

rum sic à Deo prædefinit. Absurdum enim esset & insipidum existimare, Deum absolute & efficaciter velle antecedenti voluntate ut fiat huiusmodi actus, in iis præsertim circumstantiis, in quibus non possunt nisi male & culpabiliter fieri: & ita velle, ut non sit paratus permittere oppositum, sed vi eius voluntatis sit procuraturus omnibus modis & mediis necessariis ut fiant: sed sufficit libertatem creatam habere concursum Dei paratum ad operandum ut voluerit, & constitui in actu primo completo, ac plenè sufficiente ad liberè operandum. An verò duntur huiusmodi prædefinitiones, dicemus inferius disp. 19. sect. 6. num. 75. & sequentibus. Interea supponimus posse dari circa actus bonos, tam naturales, quam supernaturales.

43. His præmissis, Dico primò, decretum quod Deus habuit ab æterno concurrendi cum voluntate libera ad eius actus liberos, siue bonos, siue malos, siue indifferentes, non esse Deo sufficientem rationem, quâ possit certò & infallibiliter præcognoscere illos esse futuros; sed egerit alia scientia, vel præscientia, quâ iuuetur. Ita Suar. lib. 1. de scient. futur. cap. 6. num. 9. Herice disp. 6. cap. 3. Ruis disp. 25. sect. 10. & alij plerique. Probatur primò, quia decretum illud nihil est aliud, quam voluntas efficax, quâ Deus ab æterno decrevit assistere causis liberis per suam omnipotentiam, paratam ad concurrendum cum illis prout ipsa voluerint operari: ad eum modum, quo habitus infusi, vel acquisiti, assistunt potentis, ut illis utantur quâdo voluerint. Cum hac solùm differentia, quòd assistentia omnipotentia generalior est, & valens etiam ad actus contrarios, ut voluntatem creatam constituat in plena libertate specificationis, & contrarietatis: quòdque habitus assistunt potentis per informationem, & inhesionem: Omnipotentia verò assistit tantum per applicationem, factam vi decreti diuini efficacis. Sicut enim omnipotentia non operatur nisi dirigente intellectu, & applicante voluntate diuina: ita non est accincta, & proximè parata in actu primo ad operandum, seu concurrendum cum causis creatis, nisi per diuini illius decreti applicationem, quo Deus suam omnipotentiam posuit quòdam modo in manu creaturæ, ut operetur cum illa si voluerit, ne desit completum necessarium antecedentem, & in actu primo, ut possit creatura liberè operari. Ex quo sic arguuntur. Illud solùm non est sufficientis ratio intellectui diuino cognoscendi certò & infallibiliter actum futurum, quod non habet necessariam & infallibilem connexionem cum actu futuro: & quo possit actus non esse futurus. Sed decretum illud non habet necessariam & infallibilem connexionem cum actu futuro, illoque possit potest actus non esse futurus. Ergo &c. Maior patet ex dictis num. 15. Minor probatur, quia decretum illud est solùm voluntas applicans omnipotentiam ad concurrendum si creatura voluerit, & prout voluerit:

seu præparatio ad concurrendum vel non concurrendum, ponendum actum vel non ponendum, prout creatura voluerit. Atqui talis voluntas & præparatio, si nihil aliud sit, non habet necessariam & infallibilem connexionem cum actu: potestque esse, quàmvis actus non sit futurus. Confirmatur, quia, ut dixi antea, illa adiunctio omnipotentia diuina se habet instar habitus creatæ voluntatis, quoad præparationem ad concurrendum vel non concurrendum, ut creatura voluerit. Ergo sicut ex sola inhesionem habitus vel inhesionem, non potest haberi sufficientis ratio cognoscendi certò & infallibiliter voluntatem esse operaturam determinatè hunc aut illum actum: ita neque haberi potest ex tali præparatione, & solo decreto concurrendi.

44. Probatur secundo, quia posito illo decreto & præparatione concursus, adhuc voluntas est indifferens seu libera ad actum ponendum vel non ponendum: à què ac posito habitu acquisito, vel infuso. Neque enim determinatur & necessitur ad vnum vi illius decreti, sed solùm constituitur in actu primo completo ut possit liberè operari: Deo scilicet decernente eam iuuare ad operandum iuxta conditionem & exigentiam naturæ suæ liberæ, & officium causæ primæ ac generalis circa illam exercere, cuius officij est, naturæ & exigentiæ causarum secundarum sese accommodare, & cum necessariis atque ad vnum determinatis, paratum esse solùm concurrere ad vnum: cum liberis verò & indifferentibus, paratum esse concurrere ad ea omnia, ad quæ amplitudo & indifferentia causæ secundæ libera se extendit. Si autem posito illo decreto constituyente voluntatem in actu primo completo, voluntas adhuc libera est ad actum ponendum vel non ponendum: non potest vi decreti solius cognosci certò & infallibiliter actum esse futurum, quia decretum non habet necessariam & infallibilem connexionem cum actu futuro. Confirmatur, quia de ratione causæ liberæ est, ut positis & stantibus omnibus ad agendum prærequisitis, possit agere & non agere, seque se volet determinare, ut suppono ex dicendis alibi de libertate. At vnum ex prærequisitis est decretum concurrendi. Ergo illo posito voluntas potest adhuc operari & non operari.

Tertio, decretum illud non est voluntas efficax & absoluta, ut sit actus: tum quia Deus non vult efficaciter & absolute ut fiant actus mali: tum etiam quia alioqui esset prædefinitio actus, & non solùm decretum concurrendi, de quo nunc disputamus. Nam si decretum concurrendi esset voluntas absoluta & efficax ut sit actus, sequeretur Deum non habere decretum concurrendi cum iis qui non operantur: quod est falsum, Deus enim habet concursum suum paratum ad actus quos non facimus: & nisi ita esset, non nos liberè & culpabiliter omitteremus: est enim impossibile nos operari sine parato Dei concursu: & ad impossibile non est pos-

44
Secunda ratio.

vide Tomi 2. disp. 8.

49

Tertia ratio.

ANTINO
US
VI
U.

rentia neque libertas. Illud, inquam, decretum non est voluntas efficax & absoluta ut sit actus: sed est voluntas conditionata concurrenti, & operandi simul cum causa libera, posito quod ipsa velit operari. At ex sola voluntate conditionata non potest certo & infallibiliter cognosci effectus, qui non est futurus nisi posita conditione: sed oportet omnino cognoscere conditionem esse positam, vel ponendam infallibiliter. Ergo ex solo decreto concurrenti non potest cognosci certo & infallibiliter actum esse futurum: sed oportet in super cognoscere voluntatem creatam esse volituram, & vsuram concursu preparato. Confirmatur, quia quando aliquis effectus pendet indiuisibiliter à duabus causis, quarum vna non necessarid transit alteram, sed tantum eius libertati se accommodat: non potest ex illius forsitas notitia inferri certo & infallibiliter effectum esse futurum. At actus liber creature ita pendet à decreto concurrenti, & à creatura voluntate: ergo &c. Confirmatur secundò, quia actus futuri non possunt cognosci in decreto concurrenti, nisi eo modo quo in illo sunt: sicut effectus non potest cognosci in causa nisi eo modo quo est in illa. Atqui in decreto concurrenti præcisè, non continentur determinati actus futuri, neque magis quam non futuri: æquè enim per se ad vtrumque valet, & non erit alterutrum, nisi quod libertas creaturae voluerit: Ergo in tali decreto præcisè non potest cognosci certo & infallibiliter actus esse futuros, & non magis quam non esse futuros.

46 Atque omnes hæ rationes æquè probant deum, prout quoque permittendi actus malos & culpabiles, siue purè commissi, siue commissi, non esse Deo, per se solum, sufficientem rationem cognoscendi certo & infallibiliter actus malos futuros: quia decretum illud permittendi non habet per se necessariam & infallibilem connexionem cum actu malo: necque imponit necessitatem voluntati: neque est voluntas efficax & absoluta ut sit actus malus, sed voluntas conditionata permittendi, id est, non impediendi malum actum, si creatura velit malè operari.

Neque decretum quo Deus antecederet voluit ut fierent aliqui actus boni à creaturis liberis, non efficaciter & absolute, seu prædefiniendo; sed tantum ex vero desiderio ut fiant, compatiante tamen oppositum quantum est ex se, non esse per se solum rationem Deo sufficientem ad cognoscendum certo & infallibiliter actus illos esse futuros. Pater, quia non habet de se connexionem infallibilem cum actibus futuris, si quidem quantum est de se potest compatè oppositum, patiturque in plurimis: & stante veritate quod sit tale decretum, potest non esse verum, atque sapissime verum non est quod actus sint futuri. Quare vna veritas non potest certo & infallibiliter inferri ex alia. Sic, v.g. ex desiderio quod Deus habet

vt omnes seruent sua mandata, & vt omnes homines salui fiant: non potest inferri seruaturus, & omnes fore saluos. Certumque est plurimos non seruare & damnari. Pluribus superfedeo, quia conclusio clara est, & ab omnibus concessa.

47 Dico tertio, decretum prædefiniens actus liberè futuros creaturarum, non esse primam, & adæquatam, aut se solà sufficientem rationem cognoscendi certo & infallibiliter illos esse futuros. Probat per primam partem conclusionis, quod non sit prima ratio: quia licet actus liberè prædefinitus efficaciter à Deo, supposita tali prædefinitione, euidenter cognoscantur futuri in illa, & ex vi illius, quia non stat aliquid esse sic prædefinitum à Deo, & non fieri; alioqui voluntas illa non esset efficax & omnipotens: illa tamen prædefinitio non potest esse prima, & adæquata, ac per se solam sufficiens ratio cognoscendi futura libera, quia supponit necessariò ipsorum cognitionem immediatè à seipsis, per scientiam conditionatam. Nam, vt rectè Suarez lib. 1. de scient. futur. cap. 6. num. 6. impossibile est eum, qui per intellectum & voluntatem operatur, intendere, prudenter & efficaciter scire, quin habeat præcognita media, quibus possit consequi finem illum. Ac si intentio non quomodoocunque debet esse efficax, sed ita vt illa posita impossibile sit in sensu composito effectum intentum non sequi; necesse est vt qui habet talem intentionem, præcognoscat modum & viam infallibiliter assequendi finem intentum, vt ex vi talis intentionis infallibile sit applicare media, quibus applicatis effectus infallibiliter est futurus; & alioqui esset omnino imprudens & temeraria voluntas, que vellet aliquid vt infallibiliter efficiendum, ignorando modum quo possit facere, vt aliquid infallibiliter fiat. Vt ergo Deus efficaciter prædefiniat aliquem actum liberum, à voluntate creaturae exercendum, debet ante illam efficacem & infallibilem prædefinitionem supponi Deum præscire quid ipsi faciendum sit circa voluntatem creatam, vt se liberè tali modo deorminet: quodque voluntas tali vel tali modo præuentæ, vel in talibus circumstantiis posita, sic operabitur vt ipse intendit. Ergo supponitur Deum nosse, quod si circa creaturam voluntatem in hoc aut illud sciat, aut permittat, illa se liberè tali modo determinabit. Ergo non vi præuentiõis aut occasiõis: nam causa in actu primo completio, positis quibuscunque præuentiõibus, adhuc libera est, & potens ad oppositum, saepeque contra exigentiam præuentiõum & occasiõum operatur: adeoque vi illius solius, vt talis, non potest Deus nosse certissime, atque omnino infallibiliter, ita operaturam: ergo aliunde: nempe ex eo quod simpliciter verum est, causam liberam in his aut illis circumstantiis, esse ita se determinaturam: quod est futurum liberum in se ipsa, & per se directè, atque immediatè cognoscere.

Decretum permittendi actus malos non est Deo sufficiens ratio illos cognoscendi.

Neque decretum quo Deus antecederet voluit ut fierent aliqui actus boni à creaturis liberis, non efficaciter & absolute, seu prædefiniendo.

Decretum p. actus liberè futuros, non est prima ratio, vel adæquata, vel se solà sufficiens ad eos cognoscendos.

Suar. in opus.

Sed illud notitia prædictiõis præsupponit.

48. Confirmatur primò, quia vel posita illa prædefinitione, ac vi illius solius, infallibile est actum esse futurum, ita ut non possit non esse futurus, sitque tam impossibile non esse futurum, quàm est impossibile Deum falli in sua præscientia: vel non est infallibile, & impossibile actum non esse futurum vi solius prædefinitionis. Si secundum: præscientia diuina, quæ absolute & metaphysicè infallibilis est, non potest fundari in sola illa prædefinitione, adeoque nõ est adæquata & sufficiens ratio præsciendi. Si primum: tollitur libertas, ut supra diximus de præmotione. Tum quia hæc prædefinitio causa est fiat actus, & iuxta doctrinam Aduersariorum, est præsuppositio alicuius omnino antecedentis, vsum libertatis, & nullo modo supponentis eius vsum in re, vel in præscientia. Aiunt enim primam scientiam futurorum fundari in ista prædefinitione, & omnem scientiam mediam seu conditionatam rejciunt. Tum etiam quia necessarium est vt illa prædefinitio, cuius solius vi futurus est actus omnino infallibiliter, ita vt eã solã posita non possit actus non esse, prædeterminet physicè voluntatem ad actum, vel per seipsam imperio suo efficaci, vt aliqui Thomistæ loquuntur; vel, vt alij malunt, per aliquid aliud immisum creatæ voluntati, quo posito non possit abstinere ab actu. Atqui talis prædeterminatio repugnat libertati, vt suppono etiam dictis à pluribus, contra physicam prædeterminationem, quandoquidem non licet per Seem Apostolicam de illa scriptis in locum editis disputare.

49. Neque satisfacit quod respondent Aduersarij talem prædefinitionem, quia est extrinseca voluntati creatæ, non immutare ipsius modum operandi: ideoque non impedire quo minus liberè operetur: & Deum ita prædefinire actum, vt tamen velit creaturam liberè operari. Non satisfacit, inquam: quia cum illa prædefinitio sit causa actus; & sit talis, vt vel sua ipsius solius vi, vel aliquo à se immisso, necessitet voluntatem creatam ad actum, quia facit vt non possit non operari: mutat seu tollit internum eius modum operandi liberè. Neque enim potest voluntas liberè operari, nisi possit omnibus antecedenter omnino se habentibus ad liberè eius determinationem, possi gere & non gere. Etque impossibile Deum vel se liberè operetur, & tamen illam sic prædefinire, vt posito alio quo omnino antecedenter liberam determinationem, non possit ab actu abstinere.

50. Confirmatur secundò, quia decretum, quod tantummodo valet ad præmouendam aut excitandam voluntatem creatam vt liberè operetur, non potest per se solum esse medium Deo sufficiens ad præsciendos infallibiliter actus liberè futuros. Sed decretum prædefiniens valet tantummodo ad præmouendam & excitandam voluntatem creatam vt liberè operetur. Ergo decretum prædefiniens non est, per se solum, medium Deo

sufficiens ad præsciendum infallibiliter actus liberè futuros. Minor conceditur ab Aduersarijs. Maior probatur, quia medium Deo sufficiens per se solum ad præsciendum, debet esse penitus infallibile, ita vt non modò non fallat, sed neque possit fallere, id est sit prorsus impossibile vt fallat. Sicut enim fallibile est non tantum id quod fallit, sed etiam id quod potest fallere: ita non est infallibile non modò id quod fallit reipta, sed etiam id quod potest fallere. Quare si tale medium potest fallere, non est infallibile; neque est medium sufficiens diuinæ præscientiæ, quæ absolute infallibilis est, ita vt non modò non fallatur, sed neq; falli possit, sitque penitus impossibile vt fallatur. Atqui decretum, quod tantummodo valet ad præmouendam & excitandam voluntatem creatam vt liberè operetur, non est medium penitus infallibile præsciendi actum futurum: quia talis præmotio & excitatio non habet necessariam & planè infallibilem connexionem cum actu futuro. Potest enim eã posita non esse actus: quia vt Trident. ait sess. 6. can. 4. *Liberum arbitrium, à Deo motum & excitatum, potest dissentire si velit: & Deo tangente cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, potest homo inspirationem illam abijcere: vt addit cap. 5. eiusdem sess.* In quibus Concilij verbis manifestè sermo est de eo qui potest componere dissentium cum Dei motione & excitatione, id est, de eo qui à Deo motus & excitatus, potest tamen, si velit, dissentire illi motioni & excitationi præsentis: Et de eo, cuius cor tangitur & illuminatur à Deo, & nihilominus potest illam inspirationem à Deo immisam abijcere, & frustrari effectu. Nam Concilium disertè ait, *liberum arbitrium à Deo motum & excitatum posse dissentire si velit excitationi & vocationi cui assentitur.* Et cap. 5. dixerat hominem non nihil agere inspirationem diuinam recipièdo, quippe qui illam & abijcere potest. Idemque docet Sancti Patres, quorù testimonia referemus inferius lib. 20. num. 58. Et Concilium Senonenie in decretis fidei, decr. 15. de illo ipso auxilio quo trahimur ad consensum, adeoque efficaci & consensum obtinente definit, *Non essetale Dei trahentis auxilium cui resisti non possit.* Quibus verbis nihil clarius dici potest ad probandum quod intendimus.

Expenditur hoc Trident.

SECTIO VI.

Amplior confirmatio & explicatio veræ sententiæ.

Confirmatur tertio, quia Deus præscit infallibiliter peccata hominum & Angelorum: & tamen ea non prædefinit efficaciter, sed tantum voluit permittere, præuiso per scientiam mediam, quod essent peccaturi, si permitteret eos abuti libertate sua in his & illis occasionebus. Ergo decretum prædefiniens non est Deo sufficiens, ad-

41. Deus, non prescit peccata futura in sua prædefinit. Neq; illa prædefinit.

quata, & generalis ratio præsciendi omnes actus creaturarum liberè futuros, quorum actuum plurimi sunt mali & culpabiles, & non fuerunt à Deo prædefiniti. Maior contra controuersiam est. Minor probatur ex Trid. sess. 6. cap. 6. vbi definit Deum opera mala permissiue tantum operari. Et can. 17. dicit hominibus diuina potestate non prædestinari ad malum. Et in Concil. Arausicano can. 25. post medium sic habetur: *Aliquos diuina potestate ad malum prædestinatos esse, non solum non credimus: sed si qui sunt qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione, illis anathema dicimus.* Iisdem verbis Concil. Valentinum in Gallia sub Lothario, vel vt alij dicunt, sub Theodorico, celebratum, cap. 3. apathematizat eos qui crediderint aliquos ad malum prædestinatos esse diuina voluntate. Idem etiam docet sancti Patres communiter affirmantes Deum non prædestinare ad malum, neque illud præconstituere seu prædefinire: vt D. August. lib. de prædest. Sanctorum cap. 10. Vbi affirmat præscienciam laicius patere quam prædestinationem: quia Deus tantum prædestinat ad bonum: præscit autem non solum bona, sed etiam mala. Et prædestinationem quidem sine præsciencia esse non posse; posse tamen esse sine præsciencia præscienciam. Prædestinatione quæ ipse Deus ea præscit, que fuerat ipse facturus. Præscire autem potens est etiam que ipse non facit, sicut quæcumque peccata. Similique modo loquitur Fulgent. lib. 1. ad Mosimum cap. 13. Et cap. proxime sequente sic ait: *Queramus itaque vt non credendus sit Deus iniquorum opera prædestinare pro quibus non condemnat, sicut in sanctis prædestinasse diu quod coronat.* Pauloque post respondet, illa solum à Deo prædestinata esse, quæ misericordia, vel æquitati diuinæ condigna reperiuntur, & congrua. Et Prosper in responsione 14. ad capita Gallorum, respondens huic obiectioni, *Quod qui Evangelicæ prædicationi non credunt, ex Dei prædestinatione non creant: et quæ Deus sua definitur, vt quicumque non credunt, ex eius constitutione non credatur:* sic ait: *Infidelitas non creditur Evangelio nequaquam ex Dei prædestinatione generatur. Bonorum enim Deus auctor est, non malorum. Prædestinatio igitur Dei semper in bono est, &c. Proinde infidelitas non creditur non ad constitutionem Dei, sed ad præscienciam referenda est. Quæ non deo necessitatem non credendi intulit, quia falli de ea, quæ futura erat infidelitate, non potuit.*

32. Probatur secundò, quia absurdum est, & Deo indignum, existimare Deum antecederet & à seipso velle efficaciter, vt fiant infallibiliter creatura illi actus qui sunt intrinsecè mali, aut in ijs circumstantijs, in quibus non possunt nisi malè & culpabiliter fieri: ita vt vel imperio effici talis decreti prædefinitis, vel excitatione ab illo inmissa creaturæ voluntati eam ita præueniat, vt tam sic impossibile non sequi peccatum ex voluntate ita præuenta, quam est impossibile Deum

Concilium
Valentin.
habetur
tom. 6.
editionis
noue p. 459.

falli in sua præsciencia: hoc est, omnino impossibile sit creaturam ita præuente non peccare. In quo aperta contradicção est. Quia si non potest non peccare, non liberè agit, adeoque non peccat propriè & culpabiliter. Item hoc est facere Deum auctorem peccati. Nam quisquis excitat alium ad actum intrinsecè malum, aut in ijs circumstantijs, in quibus non potest nisi malè & culpabiliter fieri, est auctor peccati quod committitur. Quia excitat per se ad malè & culpabiliter agendum. Causa autem excitans, est causa moralis cuius quod fit vi excitationis: & eò magis, quòd excitatio magis influit & mouet ad operandum. Neque satisfacit quòd respondet Didacus Aluares disp. 24. de auxilijs, Deum prædecernere actum malum, in quantum actus & ens est: non tamè esse causam malitiæ, quia actus ille non habet maliciam in quantum actus & ens est, secundum quas solas rationes prædecernitur à Deo: sed vt est ab agente creato deficiente, & abutente sua libertate. Quasi verò excitare creaturam liberam ad entitatem actus intrinsecè mali, aut in ijs circumstantijs in quibus non potest nisi malè & culpabiliter fieri, non sit excitare ad peccatum, id est, ad agendum culpabiliter, præsertim si ex illa excitatione, ad vi illius, sequatur intallibiliber & necessarior peccatum, ita vt in sensu copposito impossibile sit non sequi, sicut Didacus Aluares cum quibusdam alijs Thomistis recentibus imaginatur, vt videbimus alio loco. Quasi verò etiam Demones & homines non sint causa peccati, cum alios excitant efficaciter ad actus, quos non possunt nisi malè & culpabiliter committere in talibus circumstantijs. Quasi verò denique prædecernere talem actum, quoad entitatem, non sit prædecernere saltem consequenter maliciam ab illo peccato inseparabilem, in illis circumstantijs. Quòd si Deus vellet omnino efficaciter vt creatura peccaret fortissimè, quomodo posset id certius & efficacius consequi, quam impellere ineuitabiliter, & prædeterminando ad entitatem actus in ijs circumstantijs, in quibus non potest nisi malè & culpabiliter fieri? Videantur quæ diximus supra num. 20. vbi etiam Aduersariorum estugia refutauimus.

Obijcies, Deum concurrere physicè ad actum peccati, & tamen non esse causam malitiæ formaliter sumptæ. Respondetur, longè alius esse Deum fungit adunxat officio causæ primæ erga causas secundas liberas, & non negare illis concursus naturaliter debitum, præuis quòd sint taliter operaturæ pro sua libertate, si concursus necessarium non deneger. Et aliud Deum ex seipso, & ante omnem præuisionem, exigentiamque creaturæ liberæ, prædeterminare ad actum peccati. In primo casu voluntas creata dominatur suo actui, & Deus tantum illi se accommodat. Vtitur enim creatura Dei concursu, sicut vtitur habitu, quo vtitur cum vult, & quia vult. In secundo casu Deus dominatur actui voluntatis, quam ex

Si Deus
prædefini-
ret effi-
caciter
peccatum
& liberè
auctor peccati

33.
Refellitur
causatio.

34

se ipso, id est, ex suo placito præmouet efficaciter ad actum peccati, ea præmouetione, cui voluntas non potest resistere. Denique Deo concurrendo tantum ex officio causæ primæ ad actum peccati, quem alioqui desisteretur, & seuerè prohibet, & ad eum vitandū nos hortatur, iuuatque suis inspirationibus, & alijs auxilijs, non est causa malitiæ. Quia denominatio malitiæ formalis, & culpabilis, non oritur nisi ex eo quod aliquis scienter, & liberè contra debitum operatur, ac respectu ius, qui sic operatur. Quo pacto Deus non se habet ad actum peccati, ad quem potius concurrit ex debito causæ primæ, venit in nitus quodammodo, & coactus seruire hominum peccatis, vt loquitur Scriptura Isaia, 43. v. 24. Ne vltimū suæ libertatis causis secundis adimat, & laudè specialè in eo consistet quod potuerint transgredi, & transgressa non fuisse est, potuerint malè operari: & tamen à malè operando abstinerint, aut bene operata sint.

Non satisfacit etiam arguendo proposito n. 5. id quod respondent aliqui recentiores Thomistæ, Deum quidem non prædefinire peccata prædefinitione positua, ponendo motionem aut aliud, quod sit causa peccati, vt euincunt rationes iam allatæ, sed prædefinitione tantum negatiua, subtrahendo auxilium, & relinquendo voluntatem sine auxilio efficaci, sine quo flectitur necessariò in malum ac necessariò cadit: Et Deum præscire certò, & infallibiliter peccata hominum, & Angelorū in eiusmodi prædefinitione negatiua. Non satisfacit, inquam: quia si voluntas destituta illo auxilio necessariò cadit, & quidem tanta necessitate, quanta est Deū non falli in sua præscientia, id est, metaphysica, & absoluta necessitate: sequitur, voluntatem non cadere liberè, adeoque non peccare: qui est metaphysicè, & absolute impossibile, vt non cadat. Et non est libertas ad impossibile. Deinde si Deus relinquit maiore hominum partem sine auxilio, sine quo necessariò flectentur in malum, & necessariò cadent necessitate antecedenti, orta ex defectu alicuius principij necessarij ad non cadendū quoniam pacto verum est Deum velle omnes homines saluos fieri, vt dicitur. I. Timoth. 2. Cum non velit id, sine quo necessariò sunt perituri, decreueritque subtrahere auxilium, quo subtracto, sunt necessariò casuri? Quoniam, inquam, pacto diceretur Deus moraliter velle eos saluos fieri, quos vult eo modo deferere, quo quisquis deferretur antecedenter, esse necessariò periturus? Certè moraliter nullus hominum diceretur velle profectum filij, cui subtraheret, sine quibus necessariò nullus proficeret, impotentia antecedenti, orta ex defectu alicuius principij necessarij ad proficiendū. Denique, velle assequi finem ijs medijs, quibus solis impossibile est assequi, & necessariò nemo assequeretur, est velle impossibile. Deo autem non est tribuendus ille volendi modus, quo si vel homo veller, esset ineptus, & insipiens. Quare non datur talis prædefinitio, negatiua: as

proinde Deus in illa non præscit infallibiliter peccata hominum futura.

Sed neque etiam solum decreto ea permittendi, præuisa hominū malitia, si permittatur abuti sua libertate in talibus circumstantijs, est per se solū ratio sufficiens præsciendi peccata infallibiliter, sed requirit adiungi scientiā conditionatā, quā Deus præsciat, si ponatur voluntas creata in talibus circumstantijs, & permittatur abuti sua voluntate, peccabit. Tunc enim posito decreto ponendi voluntatem creatā in illis circumstantijs, & permittendi eam abuti sua libertate, potest ex notitiā talis decreti, adiunctā superiori notitiā conditionatā, inferri ergo voluntas creata peccabit posita in illis circumstantijs. Ratio verò cur sola notitia decreti permittendi non sufficiat, est, quia non imponit necessitatē voluntati, sed est decretum tacitè conditionatum permittendi voluntatem creatam peccare, & abuti sua libertate si velit. Similiter decretum concurrendi, & decretum prædefiniens actus liberè futuros, quamuis per se solū non sit sufficiens ratio præsciendi infallibiliter actus illos, vt ostendimus, valet tamen ad illos præsciendos præsupposita scientiā mediā circa eosdē. Sic enim Deus virtualiter & æquiualeter ratiocinatur: Si ponatur voluntas in his circumstantijs, & ego velim eam concurrere, operabitur tale actum. Sed volo eam poni in talibus circumstantijs, & cum illa concurrere, idque me velle cognosco: Ergo voluntas operabitur talem actum. Item, si voluntas tali modo præueniatur, exercebit hunc actum. Sed prædefinitio, seu decretum, eam tali modo præuenire, & cognosco quā prædefinitionem. Ergo &c. Atque hoc modo scientia conditionatā transit in absolutam, posito decreto sine voluntatis agendo vel permittendo, & effectu futuro.

56.
Sola etiam notitia decreti permittendi non sufficit.

SECTIO VII.

Respondetur præcipuis argumētis Auc. s̄riorū.

Contra primam assertionem de decreto concurrendi, obijciunt primò: Deus non decernit tantum conditionatè concurrere, si creatura velit operari, sed decernit efficaciter & absolute concurrere. Quia Dei concursus supponit Dei volitionem absolutam & efficacem ad concurrendum, neque enim prebet suum concursum nisi volendo, & liberè applicando omnipotentiam ad agendum. Hac autem volitione posita, & præuisa concursus, impossibile est non esse actū creaturæ: quia impossibile est esse illam volitionē, & non esse concursum: Est item impossibile esse Dei concursum, & non esse actum ad quem concurrat, & que concursum seu cooperationem creaturæ, cum qua concurrat. Vnde etiam posita illa volitione, concursus creaturæ necessariò sequitur. Ergo decretum illud efficax & absolutum concurrendi, est per se solū sufficiens ratio præsciendi certè & infallibiliter actum, qui ex illo est neces-

58.
Gravis difficultas, quomodo decretum concurrendi non prædeterminet?

STINO
US
VI
U.

farid sequitur. Item, ergo decretum illud p̄determinat physicē voluntatem, quia est aliquid antecedens eius operationem, quo posito voluntas ita determinatur ad operandum, vt non possit non operari, adeoque necessariō operetur.

59. Huic argumento alioqui difficili facile erit respondere, p̄missā verā & subtili doctrinā quam breuiter tradunt Lessius in disp. de p̄destin. & reprob. sect. 5. in tercio arg. 8. Hoc igitur sensu: & in disp. de Gratia c. 4. Suar. in opusc. lib. 1. de absol. scient. futur. cōtingent. c. 6. Marat. tract. de Deo, disp. 26. sect. 3. & quam denique & fusē eruditē profequitur Ioan. Delugo disp. 4. de Sacram. in genere, num. 8. vbi docet voluntatē conditionatā, p̄positionem conditionis transire in absolutam voluntatem: similiterq; p̄ceptum, aut votum, factū sub conditione. Per hoc tamen, inquit, non significatur quōd illa mutetur in seipsa, aut succedat necessariō alia voluntas de nouo quā sit absoluta: sed quōd voluntas conditionata, tunc perinde moueat, ac si esset absoluta. Re tamen vera ipsa adhuc manet in se conditionata, & mouet vt velle est conditionata, & per id solū quōd habet vt conditionata. Nam iussio, vel p̄missio, aut oratio conditionata, mouet sufficienter ad ponendam rem, quando posita est conditio. Sic contractus conditionati non inducūt obligationē tunc solū quando ponitur conditio: sed antea fuit inducē obligatio, ideoque non potest tolli, quantumcunque reuocetur voluntas ante conditionem positam. Non tamen tenentur aliquis ex illo contractu ad ponendum effectum, antequam ponatur conditio. Non quōd non sit tota obligatio, sed quia tota illa obligatio solū est ad ponendum effectum, quando ponetur conditio. Sicut qui hodie promittit dare librum: hodie quidem obligatur: veruntamen non obligatur ad dandū librum hodie, sed cras: ita vt dies crastina nō constituat aut compleat obligationem, sed id ad quod est obligatio. Sic qui promittit sub conditione, ab initio habet, & absolute habet obligationem: non tamen ad faciendum absolute, sed ad faciendum sub conditione. Ita vt conditio non constituat aut compleat obligationem: sed sit quasi obiectum obligationis. Et ideo solet appellari obligatio conditionata, scilicet ex parte obiecti. Sicut scientia Dei, quā cognoscitur futura contingentia sub conditione, appellari etiam solet scientia conditionata. Non quia in se non sit absolute antequam ponatur conditio, sed quia respicit obiectum sub conditione. Sic etiam p̄missio & obligatio in se eadem est, ante & post impletam conditionem, & semper respicit idem obiectum sub conditione. Vnde merito Sanchez lib. 4. in decalog. cap. 4. num. 99. cum alijs, docet Episcopum posse dispensare in votis conditionatis castitatis, ante & post impletam conditionem.

Voluntas conditionata quomodo fit in absolutam, p̄fecta conditione?

Episcopi possunt dispensare in voto conditionato castitatis, ante & post impletam conditionem.

& obligatio in se non mutantur, Quare fitur ante conditionem illud non erat simpliciter votum castitatis, sed votum castitatis secundum quid, id est, sub conditione: sic post impletam conditionem, votum non est castitatis simpliciter, sed secundum quid, scilicet sub conditione. Obligat quidem iam ad castitatem, non minus quā si fuisset absolutum: & ideo dicitur transire in absolutum: hoc tamen intelligitur æquiualeuter, quatenus ratione obligationis conditionatæ non minus est ponendus effectus, quā si fuisset p̄missio absoluta: in se tamen manet semper eadem, & ideo dispensabilis ab Episcopo. Hæc Delugo.

Quibus p̄missis, ad obiectum propositionis Respōdo, negando maiorem cum eius probatione. Deus enim non habet duplex decretum concurrenti: alterum tacite saltem conditionatum, si voluntas creata liberè velit operari: alterum absolutum & effecti- ficax: sed tantūm d̄rebit ab æterno accommodare se libertati creaturarum; & illis non deesse si velint operari. Quod decretum sufficienter applicat omnipotentiam diuinam ad concurrentium, quando creaturavult liberè operari. Ita vt eodem instanti temporis, naturæ, & rationis, quo creata voluntas se determinat ad operandum, potentia diuina vt huius decreti simul exeat in opus, & concurrat ad eundem actum. Quare voluntas creata non necessitat antecedenter ad operandum, neque p̄determinatur per hoc decretum: sed dominatur suæ actui: & siue Deus, siue habitus naturales aut supernaturales, siue alia auxilia p̄requisita, cooperantur voluntati, quia ipsa vult liberè operari, & sub positā conditione quōd liberè operatur.

Obijcitur secundò: Si Deus habuit decretum concurrenti conditionatum modo iam explicato: ergo naturæ vel ratione prius est creatam voluntatem liberè velle operari, quā Deum concurrere. Falsū est consequens: ergo & antecedens. Maior probatur, quia p̄positio illa conditionalis, Deus decreuit concurrere si voluntas creata operari velit, si proprie sumatur, significat aliquam prioritatem ex parte voluntatis, creatæ ad actualem Dei concursum. Tum quia p̄positio conditionis est causa cur voluntas de conditionata transeat in absolutam. Ergo prius est naturā saltem, vel ratione, ponere conditionem, quā voluntatem transire de conditionata in absolutam. Tum etiam quia voluntas p̄ri tecum currendi, si tu cucereris, non applicat eius potentiam motiuam ad currendum, nisi p̄uideat te iam mouentem ad currendum. Ergo similiter Deus p̄uidere debet voluntatem creatam se iam mouentem ad operandum, vt sua voluntate applicet omnipotentiam ad concurrentium. Minor autem probatur, quia operatio causæ secundæ, habet essentialē dependentiam à cooperatione causæ primæ. Ergo nullam prioritatem habet respectu

60. Decretum Dei de cōcurrente non officit libertati creaturæ.

61. Non est prius voluntatem creatam velle operari, quā Deum velle concurrere.

illius. Item hoc esset facere gratiam natura pedisse quam in actibus supernaturalibus, qui non fiunt sine speciali & supernaturali Dei concursu.

62. Herice.

Propter hæc Valentin. Herice disp. 6. cap. 3. numero 48. non probat omnino modum illum loquendi. Paulò post tamen in eum reincident, cum ait numero 49. in fine §. An verò conditionalis, decretum illud Dei esse simplicem quandam voluntatem quæ vult suæ omnipotentia cooperationem, adinstar cooperationis habitus supernaturalis, non prædeterminantis potentiam, sed tantum simul influentis, & concomitantè operantis cum potentia eliciente actum supernaturalem: respicitque etiam ex parte voluntatis, conditionem concomitantem, non antecedentem: nempe quòd ipsa liberè velit operari. Quæ ratio, cum sit à Deo, & à creatâ voluntate, totaliter & indivisibiliter, vt à causis partialibus; vna non prius, quàm alia, ne ratione quidem operatur: sed amba simul re & ratione concurrunt: adeo vt non prius voluntas velit, quàm Deus cuius illa concurrat ad volendum. Equè enim indiget voluntas creata Dei concursu ad volitionem, quæ est prima & immediata ipsius operatio, quàm ad quamlibet aliam.

63. Solutur secunda obiectio aduersar.

Itaque ad argumentum propositum in obiectio, nego sequelam maioris. Ad cuius primam probationem Respondeo, voluntatem conditionatam non transire in absolutam per sui mutationem, vt dixi antea cum Delugo: sed tantum peius operari, ac si esset absoluta, præsentè conditione quam absolute respicit vt obiectum, & ad quam determinatur eius intentio vel obligatio. Ita vt sensus illius decreti non sit, volo operari, si voluntas creata natura vel ratione prius operetur, aut operari velit: sed, volo concurrere cum creatura operante, aut volente operari, & adungo illi potentiam meam in modum habitus, paratam ad cooperandum quocumque operabitur, aut volet operari.

64.

Ad secundam Respondeo, sufficere Deo scientiam conditionatam, per quam ratione prius scit voluntatem creatam esse operaturam, si ponatur in illis circumstantiis, & velit ipse concurrere ad operandum. Hæc enim sufficienter voluntatem Dei dirigit ad concurrendum cum voluntate, in illis circumstantiis positâ, & operaturâ si Deus concursum non denegat. Petrus autem, quia caret tali scientia, eget aliquo signo, quo intelligat te cursum inchoare, vt applicet potentiam suam motiuam ad simul cursum.

65. Solutur in opuse.

Atque hæc responsio satisfacit etiam tertie obiectio, quam sic proponit Suares lib. 1. de concursu Dei cum voluntate, cap. 14. n. 2. Vt voluntas Dei concurrat cum nostra, debet coniungi cum illa in volendo eundem actum. Dux autem voluntates non possunt coniungi vel conuenire in eodem effectu. Tomus I.

si vel vna supponatur, & altera illi consentiat, suppositâ illius scientiâ, vel altera moueat & trahat alteram vt consentiat, secum. Nam si alterum horum non intercedat, non potest intelligi quomodo duæ voluntates in aliquid volenda conueniant, nisi forte casu & fortuito. At verò non potest voluntas diuina consentire humanæ in volendo actu eius, eò quòd præuideat Deus humanam voluntatem habentem talem actum, seu hoc vel illud volentem: quia non potest voluntas humana quicquam velle, nisi iam Deus etiam id velit. Vnde illa præscientia Dei supponit necessariò voluntatem Dei iam idem volentem: ergo non potest voluntas diuina consentire humanæ ex præsuppositione & præcognitione voluntatis humanæ. Ergo necesse est vt fiat hæc consensio & coniunctio, ex eo quòd voluntas diuina efficacitate sua trahit humanam, vt secum consentiat, idque velit quod diuina voluntas vult eam velle: quod est illam ad volendum determinare, quasi per extrinsecum imperium. Respondeo enim voluntatem diuinam conuenire certissimè in eundem effectum cum voluntate creatâ, per directionem scientiæ mediæ, quâ Deus præscit voluntatem creatam esse operaturam si ponatur in talibus circumstantiis, & ipse velit cooperari: ideoque non esse opus vt vel Deus præuideat absolute voluntatem creatam operari sine suo concursu, quòd est impossibile: vel eam trahat sua efficacitate, & prædeterminet ad operandum, quod repugnat cum vtu libertatis. Adgo Deum non velle omnes actus liberos, quo voluntas creata vult. Neque enim vult actus malos & culpabiles, quos odit & prohibet: sed tantum vult eos permittere, id est, non negare concursum necessarium suis secundis, ne desit officio causæ primæ.

Voluntas diuina conuenit ad concurrendum cum voluntate creatâ, per directionem scientiæ mediæ.

Obijciunt quarto Didacus Aluar. lib. 3. de auxilijs disp. 18. n. 3. 13. & 15. & in responsione ad sextum argum. alijque Thomistæ, causas secundas, vt operentur, indigere prauio Dei influxu in ipsas, quo operantur & applicentur ad operandum: quia cum omnis forma sit actus plurimum admixtus potentia, non habet secundum se tam perfectam actualitatem, quàm operatio quæ est actus secundus. Vnde non potest esse principium effectiuum talis operationis, quantum ad suam vltimam actualitatem, nisi prius natura compleatur in sua virtute operatiua, per actualem motionem primi agentis. Item causæ liberæ, cum de se sint indeterminate & indifferentes ad opposita, non possunt habere determinatâ operationem, nisi ab alio quo alio moueantur & determinentur. Nam à causâ indeterminata non potest eriri effectus determinatus. Deniq; subordinatio causæ secundæ ad primâ postulat vt secunda non agat nisi in virtute primæ: quare prima debet naturâ prius agere, & mouere secundâ.

66.

Ad primum Respondeo negando antecedens. Causa enim si naturalis est, id est, necessariò operans, positis omnibus ad agen-

67.

STINO
US
VI
U.

Causa secunda non egent praeuio influxu primae, vt agant.

dum praerequisitis, non potest non operari, ideoque non eget praeuio Dei influxu in seipsum vt operetur & determinetur ad operandum: sed tantum eget Dei concursu ad eundem effectum. Si autem libera est, debet seipsam determinare, & non eget praeuio Dei influxu in seipsam, quo determinetur. Quod si ad aliquos actus eget praeuio Dei influxu, & auxilio praeueniente, vt ad actus supernaturales, quos non potest solis viribus suis naturalibus exercere: auxilium illud naturalem, vt sit accommodatum humane libertati, debet esse tale, vt eoposito voluntas possit non operari, & dissentire si velit, vt docet Trident. sess. 6. cap. 5. & can. 4.

68. Ad probationem antecedentis Respondeo, si per magis perfectam qualitatem, intelligat magis perfectam entitatem; salum est operacionem, siue actum secundum, habere magis perfectam actualitatem, quam habeat actus primus, qui praeterquam secundo perfectior est. Sin autem intelligat actum secundum esse post actum, & non esse potentiam ad agendum, sicuti est actus primus: Respondeo, non inde sequi quod actus primus non possit esse principium talis operationis quantum ad vltimam suam actualitatem, id est, quoad suam totam entitatem, sine praeuia & actuali motione inij agentis, qua virtus illius operatiuus compleatur. Nam potius ideo actus primus potest producere secundum, quia est potentia ad illum producendum. Dicere autem quod non sit potentia completa & sufficiens, sine praeuia Dei motione, est inutiliter praeterire principium, & asserere vt mediump probationis, illud ipsum quod probandum incumbit.

69. Causa libera non debet ab alio determinari.

secundum, Respondeo negando antecedens: ad cuius probationem dico, a causa indeterminata non posse oriri effectum determinatum, nisi vel ab alio determinetur, vel possit seipsam determinare. Ea verò est natura causarum liberarum, vt potius omnibus ad agendum praerequisitis, possint agere vel non agere, id est, ad alterutrum se pro libito determinare. Causae autem necessariae determinantur ad agendum, eo ipso quod adsunt omnia ad agendum praerequisita: quippe quae, illis omnibus postitis, non possunt non agere: suntque ex natura sua determinata & necessitata ad agendum in illis circumstantiis.

70. Quomodo cause secundae agant in virtute primae?

Ad tertium, Respondeo causas secundas, sub modo natas primae causae, dupliciter agere in virtute primae. Nempe quatenus ab ea accipiunt virtutem operandi, quam habent: & non agunt nisi eadem comunicante, aut conseruante vim illis datam, ac concurrente cum illa ad id omne quod operantur. Vnde sequitur debere quidem primam agere prius, quam agat secunda: quatenus saltem naturam prius debet producere causam secundam, illique dare vel conseruare virtutem operandi: sed non sequitur quod quando cooccurrit cum secunda potente iam operari, debeat naturam prius illum mouere, aut intus se in effectum: quod erat probandum. Quid verò est opus

illa praemotioe causis necessarijs, quae postitis omnibus ad agendum praerequisitis non possunt non agere? Causa verò libera debet seipsam mouere & determinare. Ac si praemouentur ad aliquos actus liberos, puta ad actus supernaturales, ad quos mouentur inspirationibus diuinis & gratijs seu auxilijs praeuientibus: debet illa praemotio esse talis, vt voluntatem non determinet, sed locum relinquat eius liberae determinationi, & motioni sui ipsius: adeo vt possit inspirationem & motionem diuinam abijcere, si velit, vt definit Trident. locis saepius citatis.

SECTIO VIII.

An ratio cur Deus cognoscat contingentia absolute futura, sit quia sunt Deo realiter ab aeterno praesentia?

Affirmans, Caiet. p. 14. a. 13. s. Ad has obiectiones: Bañez ibid. s. Antequam, & concl. 4. Ferrar. lib. 1. contra Gentes, c. 66. & 67. Abulens. in c. 11. Iosue, q. 68. & 76. Cathar. in opusc. de praesentia, Cumel Tomo 1. variagum, in disputatione, Vtrum Deus habeat scientiam futurorum contingentium, dub. 1. annexo ad 4. conclusionem, Aluarez lib. 2. de auxilijs disput. 8. Lolesma disp. 2. de scientia futurorum conting. dub. 1. ad secundum argumentum difficultatis principalis: Nazar. Gonçales Nauarret. & alij Recentiores Thomistae communiter, qui praecipue mouentur ad ita opinandum auctoritate D. Thomae: putant enim hanc esse germanam ipsius sententiam a. 13. q. 14. Addunt aliqua testimonia Patrum, & rationes, quarum praecipuas infra subiiciemus.

Contraria & vera sententia est communis reliquorum Theologorum, vt faretur Bañez supra. Ita enim tenent Alexander Aletensis, D. Bonauent. Scot. Durand. Aureol. Gregor. Ariminenf. Gabriel, Corduba, & alij quos citant & sequuntur Suares lib. 1. de scientia futurorum conting. cap. 7. n. 4. Vasq. 1. p. disp. 64. c. 3. Fasolus q. 14. art. 13. dub. 8. Arrubal disp. 41. c. 4. Herice disp. 6. n. 36. & alij scriptores huius Societatis. Probatur euidenter, primo, quia quod non est realiter ab aeterno, non est Deo praesens realiter ab aeterno. Sed futura non sunt realiter ab aeterno. Ergo non sunt Deo praesentia realiter ab aeterno. Ergo illa praesentia, quae falsa est, non est Deo ratio cognoscendi futura contingentia. Minor est certa fide diuina, quae docet omnia creata coepisse esse realiter, seu existere in tempore, quia fuerunt in tempore producta: produci autem est accipere esse realiter. In principio creauit Deus caelum & terram, Genes. 1. v. 1. Dominus possedit me in initio dierum suarum, antequam quicquam faceres a principio. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret, Proverb. 8. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, a seculi & usque in saeculum tu es, Psalm. 89.

Major vero est evidens ex terminis. Quicquid enim est presens realiter, necessario est realiter, quando & quando est presens. Ille enim terminus, esse presens realiter, significat in recto rem quae est presens, & in obliquo connotat aliam cui presens esse dicitur: estque vel relatio aequiparantiae habens simile fundamentum in utroque extremo, nempe realem utriusque existentiam sibi mutuò respondentem: vel est denominatio extrinseca, sumpta à reali coexistentia utriusque. Nam praesentia realis, de qua loquimur, est praesentia durationis, in eo consistens, quod una res existat durat, quando alia existit aut durat: hoc est, una alteri coexistat. Quicquid autem est alteri presens secundum durationem, durat quandiu est illi presens secundum durationem. Estque evidenter impossibile ut sit nunc presens secundum durationem, si non habet nunc durationem. Et quicquid alteri coexistit, existit: & tandiu existit, quandiu illi coexistit. Itaque si res creatae non existerent ab aeterno, ut certum est fide divina, non coexistit Deo ab aeterno.

73.
Nulla creatura fuit Deo praesens ab aeterno.

Probatur secundò, quia id de quo verum fuit aliquando dicere, non est, aut nondum est; non fuit Deo presens realiter, id est, secundum realem existentiam & durationem ab aeterno. Atqui de rebus creatis verum fuit aliquando dicere, non sunt, aut nondum sunt: ergo res creatae non fuerunt Deo realiter praesentes ab aeterno. Major est evidens, quia non possunt duo contradictoria simul de eodem verificari: quare impossibile est esse rem praesentem realiter secundum realem existentiam & durationem, tunc cum de illa verum est dicere, non est, aut nondum est, id est, nondum habet realem existentiam. Minor patet ex Scriptura, Proverb. 8. *Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Adhuc terrae non fecerunt, & flumina &c.* Patet etiam evidenti ratione, quia quod pure futurum est, nondum est, sed erit suo tempore. Creaturae autem, antequam fierent, erant pure futurae: quemadmodum illae quae nondum sunt productae, sed erant suo tempore, sunt adhuc pure futurae: ut Antichristus, eiusque persecutio. Ergo non potuerunt à Deo cognosci ab aeterno, tanquam realiter ab aeterno sibi praesentes. Confirmatur, quia evidens est longè antea se habere quoad existentiam & durationem, ipsam Dei cognitionem de rebus futuris respectu ipsius existentiae divinae: & aliter ipsa futura, respectu eiusdem existentiae divinae. Nam de divina cognitione quae novit futura, non potest vere dici quod Deus aliquando extiterit, & non fuerit illa cognitio. At de futuris Scriptura dicit Deum fuisse antequam quicquam faceret, & nondum fuisse abyssos, cum divina sapientia iam erat, Proverb. 8. & Deum fuisse priusquam montes fierent, ut formaretur terra & orbis, Psal. 89.

74.

Probatur tertio, quia fundamentum

praecipuum Aduersariorum, evidenter nullum est. Aiunt enim aeternitatem esse realiter indivisibilem, & totam simul, complectentem in sua simplicitate omnes temporum differentias, praesentis, praeteriti, & futuri: ita tamen ut nihil sit in illa praeteritum, aut futurum. Ex quo inferunt nihil respectu aeternitatis esse futurum, aut praeteritum: & quicquid aliquando existit, coexistere aeternitati toti ac totaliter; quia aeternitas caret partibus, quarum vni possit creatura coexistere & non alteri. Inferunt denique praesentiam illam verum in aeternitate, esse Deo sufficientem rationem illas cognoscendi ab aeterno, quia habent esse determinatum, & realiter Deo praesens in eius aeternitate, quae est mensura cuiuscunque cognitionis divinae.

75.

Contra quae dico primò aeternitatem esse quidem formaliter realiter simplicem & indivisibilem, totamque simul quoad physicam suam entitatem: quippe quae non constat partibus quae alia alijs succedant: sed nihilominus esse virtualiter & aequaliter amplam, & extensam in infinitum; & eatenus continere in sua simplicitate omnes temporum differentias, quatenus actu ita se habet, ut sine sui mutatione, & augmento durationis divinae, sit complete potens respondere ad quae & coexistere tempori infinito, si daretur, vel creaturis alijs ante aliam in infinitum creabilibus. Quemadmodum immensitas divina, licet realiter formaliter, seu physice simplex & indivisibilis, virtualiter tamen aequivalat spatijs infinitis creabilibus: ita ut Deus per suam immensitatem habeat quicquid ex parte sui necessarium est, ut sine vlla variatione sitis sui intrinsicè, adaequate respondeat intimè toti mundo creato, & alijs corporibus infinitis extra mundum productivibus. Sed hinc malè inferitur, quicquid aliquando existit, coexistere aeternitati toti ac totaliter, non modò quoad totum illius esse physicum, sed etiam quoad extensionem virtualem, & diffusionem infinitam, interminatam ante & post, secundum quam praecessit infinite existentiam & durationem rerum creaturarum. Sicut ex eo quod quicquid alicubi est, coexistit intimè Dei immensitati toti formaliter realiter, seu physice, quia simplex realiter formaliter atque indivisibilis est: Malè inferretur coexistere toti Dei immensitati virtualiter, id est, tantum diffundi, quanta est diffusio & extensio virtualis immensitatis divinae: atque esse vbiq; sicut Deus vbiq; est, extraque mundum in infinitum diffundi. Sanè verò Aduersarij non dicunt, nec sine haeresi dicere possunt, creaturas esse vbiq; quod qui de ipsa Christi D. humanitate asserunt, habentur pro haeticis, dicunturque nomine sui erroris, Vbiq; itarij. Et tamen est de fide creaturam quamlibet intimè adesse divinae immensitati alicubi: nempe vbi creatura illa existit. Quemadmodum ergo id quod alicubi existit,

Aeternitas virtualiter extensa in infinitum.

Non quicquid coexistit aeternitati toti eius extensioni virtuali.

STINO
US
PART
VI
U.

adeft intimè toti immenfitati realiter formaliter, id est, respondet intimè immenfitati diuinæ carenti partibus: sed non adeft toti virtualiter, id est, non est vbicunque immenfitas: nec tam late patet, quæ se diffundit immenfitas diuina per replicationem infinitam sui esse inuisibilis: Ita quod aliquando existit, coexistit quidem æternitati toti realiter formaliter, & physicè, quando existit, id est, aliquando est, quando æternitas est secundum totam seam entitatem: sed non toti virtualiter, & secundum infinitam eius replicationem, quæ durat infinite: id est, non existit quandiu æternitas existit: sed in tempore incipit illi coexistere, quando accipit esse & desinit illi coexistere, quando desinit esse. Quod enim non existit, non coexistit alteri.

76. Dico secundò, ex eo quòd æternitas sit in se ipsa formaliter inuisibilis, & non sit in se ipsa futurum & præteritum formaliter, quia caret partibus prioribus & posterioribus: malè in ferri nihil esse futurum aut præteritum respectu illius: id est, creaturas, antequam sint, non esse supras respectu æternitatis pro tunc existentis: & creaturas, quæ desierunt esse, non esse præteritas respectu æternitatis post illas persistentis. Malè item insertur æternitatem ipsam non esse durationem anteriorem creaturis futuris, quatenus virtuali extensione suæ durationis infinitæ illis præexistit; & posteriorem, id est, superstitem, creaturis desinentibus, quatenus illis pereuntibus perseverat in esse. Priorem, inquam, & posteriorem, non pure, & cum negatione coexistentiæ cum eisdem creaturis pro tempore quo existunt: sed priorem illis pro tempore quo nondum sunt: præsentem pro illo quo sunt, & posteriorem pro tempore quo non amplius sunt.

77. Dico tertio, ex fundamento Aduersariorum sequeretur, quæcunque res creatæ existunt, coexistere toti auro Angelorum, & esse semper Angelis præsentem realiter: ac proinde posse ab illis naturaliter futura cognosci, quia possunt Angeli naturaliter cognoscere futura, etiam libera, factam externam, quando habent illa sibi realiter præsentia, & sine dubio cognoscunt illa quando actu sunt & existunt. Probo antecedens. Quia auum, id est, duratio intrinseca Angelorum, est realiter formaliter, & physicè inuisibile, ut alibi demonstrabitur: est enim ipsa per entitas Angeli, quæ formaliter eò quòd non desinit esse, durat seu permanet in esse; quæcunque alio, re vel ratione distincto, circumscripto. Ergo actus liber, qui hodie est, coexistit toti auro Angeli qui ab initio mundi hucusque duravit, & in æternum durabit. Ergo fuit realiter præsens & coexistens Angeli ab initio mundi. Ergo Angelus potuit naturaliter illum cognoscere ab initio mundi, quia potest Angelus naturaliter cognoscere objecta naturalia sibi realiter præsentia, exceptis fortè secretis cordium, de quibus sup. loco. Est autem

Sequere-
tur ex con-
traria sen-
tentia An-
gelos posse
cognoscere
futura li-
bera.

evidenter falsum quòd v. g. deambulatio, vel comestio hodierna, existerit ab initio mundi, & Angelo iam tunc coexistit, præsens iam realiter secundum suam durationem. Est item falsum, & contra Scripturam, dicere quòd Angeli cognoscant naturaliter futura libera. Repugnat enim illud Isai. 41. v. 23. *Annunciate quæ ventura sunt, & dicemus quia Dñs estis.* Et Marc. 13. *De die autem illa nemo scit, neque Angeli Dei.*

78. Quartò, si creaturæ sunt realiter Deo præsentem ab æterno, quia quando existunt, coexistunt æternitati, quæ est realiter inuisibilis & tota simul: ergo sunt pari ratione non præsentem realiter ab æterno, quia quando non existunt, existit æternitas, quæ est realiter inuisibilis & tota simul. Ergo sunt realiter Deo præsentem ab æterno, & non sunt realiter Deo præsentem ab æterno, quod implicat. Eodem argumeto applicato ad æternitatem comparatam cum creaturis, quando sunt futuræ, præsentem, & præteritæ, probaretur esse simul ab æterno realiter præsentem, præteritæ, & futuræ, quod euidenter implicat.

79. Ad hæc duo respondent Thomistæ primò, cum dicitur creaturas fuisse Deo realiter præsentem ab æterno, id non significare aliquid nostri temporis, aut postquam durationem quæ existerit ab æterno: est enim falsum quicquam tale fuisse ab æterno: sed significare instans diuinæ æternitatis: vel ut alij volunt, id non significare existentiam creaturarum in propria durationis suæ mensura, sed in aliena, scilicet in instanti æternitatis. Secundò, respondet Caietan. licet Angeli substantia mensurentur auro, quod est duratio carens partibus, & tota simul ac inuisibilis, cuius res futuræ sunt præsentem, ut Dei æternitati: tamen eius cognitionem non mensurant eadem duracione, sed instanti temporis discreti: ac proinde non sequi absurdum, quod ex eius sententiâ deduximus supra numero 67.

80. Sed contra primum in isto, manifestè implicare creaturas fuisse ab æterno Deo præsentem realiter, id est, non tantum obiectiue, sed secundum existentiam suam realem & actuaalem, de quâ præsentia quæ auro est: & non fuisse præsentem secundum propriam existentiam, ac secundum propriam suam durationem mensuram, id est, magis propriè loquendo, secundum propriam durationem quâ mensurari possunt, aut mensurare durationem alienam. Etenim non sunt præsentem per hoc solum quòd Deus existit: sed per hoc quòd habet existentiam propriam, quâ ipsi coexistunt, quando simul cum Deo existunt.

Contra secundum dico, præsentem auro obiecti, quæ requiritur ab Angelo tanquam ratio sufficiens illud cognoscendi, esse præsentem realem, seu coexistentiam obiecti cum Angeli substantia, quæ præsentia mouet Angelum ad cognoscendū, est que naturā prior cognitione tanquam illius causæ excitatiuæ & determinatiuæ: & consequenter est causa

alterius presentia, seu coexistentia inter ipsam cognitionem & obiectum. Ergo diffinitio allatum à Caetano nihil illi prodest ad vitandum incommo- dum quod deduximus: nempe quòd Angeli potuerunt naturaliter præscire futura libera, si ipsa semper sunt realiter presentia ipsorum durationi, vtpotè indiuisibili.

SECTIO IX.

Satisfit præcipuis Thomistarum obiectionibus.

81. **O**bjiciunt primò aliqua testimonia D. Thomæ, quorum præcipua hæc sunt: quæst. 14. a. 9. in corp. sic ait: *Cum Dei cognitio mensuretur æternitate, quæ est tota simul, & omne tempus comprehendit: fertur in totum tempus, & in omnia quæ sunt in tempore, sicut obiecta sibi presentialiter subiecta.* Et a. 13. in corp. sic habet. *Omnia quæ sunt in tempore, sunt in Deo presentia ab æterno, non solum quatenus veritatis rationes habet apud se presentes: sed quia eius intuitus fertur ad æterno super omnia prout sunt in sua presentialitate.* Et in solutione secundi argum. *Res contingens inquit, subest diuine scientiæ prout est in sua presentialitate.* Notant autem S. Thomam non loqui de presentialitate obiectiua, quæ est denominatio extrinseca, sumpta ex cognitione ipsa. Alioquin enim S. Doctor peteret principium, probaretque Deum cognoscere futura, quia cognoscit futura. Nam futura esse illi ab æterno presentia obiectiue, nihil est aliud, quàm futura ab ipso cognosci ab æterno.

82. **R**espondeo, verum D. Thomæ sensum illum esse quem alibi diximus. Nimirum futura, eo ipso quòd aliquàdo existunt, sunt quæ tunc realiter æternitati eius presentia, tam esse proportionata intellectui diuino, vt ab ipso videantur ab æterno; quàm sunt nobis proportionata ea quæ nobis coexistunt, & realiter nobis obiectantur, vt ea tunc intueamur: quia diuino intellectui nihil virtutis intelligendi accedit in tempore, sed ratione suæ æternitatis habet ab æterno tantum virtutis ad cognoscenda futura priusquam existant, quantum habet eo tempore quo existunt. Nemo autem dubitat, tunc à Deo videri. Habet denique tantam intelligendi vim, sicut iorem, quàm sit illa, quæ de nouo accedit Angelis vel hominibus, per adiunctionem obiectorum realiter existentium, & ad sui cognitionem aliquo modo concurrentium. Loquitur itaque S. Thomas de presentialitate, non obiectiua in actu secundo, quæ est denominatio extrinseca, sumpta à cognitione temporaria formâ denominante: sed de presentialitate reali, vel obiectiua solum in actu primo: quatenus presentia realis obiectiua futurorum, quamuis temporanea, est Deo sufficiens, ratione suæ æternitatis, satisque proportionata, vt ab ipso cognosci possint perfectissimè ab æterno, perinde ac si ab æterno essent illi realiter presentia.

83. **R**espondeo secundo, contrariam expositionem Thomistarum recentiorum de presentia reali futurorum ab æterno, esse contra antiquissimos Thomistas contemporaneos D. Thomæ, vel eius ætati vicinos. Nam Egidius Romanus, qui fuit auditor D. Thomæ, eiusque doctrinæ propugnator eximus, in opusculo contra corrupto-rem doctrinæ S. Thomæ a. 3. sic ait, circa d. citatum in obiectione ex a. 13. q. 14. *Ex his patet quòd D. Thomas non intendebat, prout isti illi falso imponunt, quòd omnia quæ sibi inuicem succedunt in tempore, in natura propria coexistant in æternitate, licet eorum presentiam æternaliter insueatur Deus, & sic omnia illi dicantur presentia.* Et Heruæus, qui non multò post mortem D. Thomæ, quinquaginta circiter post anni, doctrinam eius contra Henricum Gandauentem, & Durandum, defendendam suscepit, sic scribit iuxta illius sententiam in 1. dist. 38. q. 5. *Quantum ad tertium?* Dupliciter intelligi potest aliquid esse præsens Deo: v. 6. modo per existentiam realem in suo esse: & sic non coexistunt res aliæ à Deo, ipsi Deo ab æterno. Aliò modo possunt dici res presentes Deo vt intuiti, sive per intuitionem: & sic omnia futura sunt Deo presentia, non solum quantum ad suas rationes quidditatuas, sed etiam quantum ad suas existèntias actuales, secundum intuitionem. Atque hunc esse verum D. Thomæ sensum testatur Syluester, insignis Thomista, Caietani contemporaneus in Conclato Doctrinæ S. Thomæ p. 5. q. 14. a. 16. vbi exponens verba S. Doctoris in obiectione allata ex a. 13. sic ait. *Sensus D. Thomæ planissimus & apertus est ille, quem romanus expressit in eadem post: Istud dictum (S. Thomæ artic. illo 3.) fuit occasio errandi, & putandi quòd D. Thomas intelligat presentiam in esse reali (ab æterno) quòd non est verum, sed vult dicere, quòd Deus non solum habet presentes rationes futurorum, quæ representant eorum quidditates, sed etiam per illas fertur supra presentiales & existentias. Quia hic sensus est necessarius, cuius autem est inexcogitabilis, quem nullus Thomistarum, præter unum, ausus est affirmare: quia ex illo videtur sequi aliquid contra fidem, hoc est, creaturas fuisse ab æterno.* Hucusque Syluester, qui per illum vnum, intelligit Caietanum, qui sensum illum, quem antea sub dubio tantum & cum formidine proposuerat Capreolus in 1. dist. 36. quæst. 1. a. 2. velut notam lucem de celo sibi affulgentem secutus est, loco supra citato. Sed non bene probauit spiritus si ex Deo sint: Interdum autem mali se transformant in Angelos lucis. Neque bene consuluit doctrinæ S. Thomæ cum impetit illi sententiam, vel ipsius Syluestri, Magistri sacri Palatii, & Censoris Pontificij, iudicio erroneam, fideique aduersam.

84. **O**bjiciunt secundo illud Augustini lib. 2. ad Simplicianum, q. 2. *Res Deo non sunt futura sed presentia, cum Deus omnia tempora*

83.

Egid.

Heruæus

Syluest.

Capreol.

84.

August. lib. 2. ad Simplicianum, q. 2.

Quid sit
presencia,
nisi scilicet
futurorum
quid autem
est futurum
Deo, qui
omnia su-
pergreditur
tempora

excedat. Et hb. de cognitione verae vita, c. 31. Nihil aeteri ei decedit, nihil futuri accedit: sed quicquid est, vel fuit, vel erit, totum sibi praesens adest. Et Gregor. Mag. in illud Iob. 14. Numerus mensium eius apud te est. Apud Deum, inquit, etiam labentia stant. Propter quod Ioh. 20. Moral. c. 23. alias 24. ait, Deum nequaquam futurum prauidere, sed potius praesens videre, nimis quia, ut dicitur Ecclesiastici 3. Opera omnis carnis coram illo sunt a saeculo, & in saeculum. Et ut ait S. Isidorus lib. 1. de summo bono cap. 8. In Deo nec praeteritum, nec futurum cernitur: sed omnia praesentia in Deo discuntur, quia aeternitate sua cuncta complectitur.

Isidor.

85.

Patres non
docent
creaturas
esse Deo
praesentem
ab aeterno.

Ad primum Respondeo sensum D. Augustini esse, quod Deo secundum suam aeternitatem aequate sumptam, quoad totam existentiam virtualem infinitam, quae omnia tempora finita complectitur & excedit, res temporanea non sint futura tantum, sed pure & praecise: sed praesentes etiam sint pro aliqua parte virtuali illius infinitae durationis, quae illis coexistit. Itemque est sensus Isidori ultimo loco citati. Eodemque modo Gregorius 20. Moral. cap. 23. ait, Deum nihil futurum prauidere respectu totius aeternitatis aequate sumptae, & quod non sit aliquando illi praesens, atque ut tale videatur a Deo: adeoque nequaquam pure futurum prauidet: sed potius praesens, id est, aliquando sibi coexistens, videt. Alia loca Scripturae & Patrum, citata in objectione, intelligi facile possunt de praesentia obiectiua, id est, in cognitione, cui omnia simul obijciuntur, & perpetuo in ea permanent. Alienum vero esse a mente Patrum dicere, creaturas fuisse realiter Deo praesentes ab aeterno in propria natura, patet ex illis ipsis qui citantur ab Aduersarijs.

Gregor.

August.

Augustinus enim lib. 6. de Genesi ad litteram cap. 28. sic habet: Res antequam fierent, erant & non erant. Erant in Dei scientia: non erant in propria natura. Gregorius vero locis citatis ait, ideo res esse in aeternitate, quia videntur, id est, dici esse obiectiue ab aeterno, quia ab aeterno obijciuntur diuinae cognitioni. Et Isidorus cap. cit. Si semper, inquit, aliqua essent cum Deo tempora, non esset tempus, sed esset aeternitas: nec mutarentur tempora, sed starent. Idem a sensu Scripturae alienum esse patet ex locis cit. numero 62.

86.

Obijciunt tertio has rationes. Primum, Deus ab aeterno habet intuitum cognitionem omnium futurorum contingentium: ergo sunt illi realiter praesentia in aeternitate: quia intuitio est cognitio rei praesentis, prout praesens est secundum propriam existentiam. Secundum, vel duo successiue futura, puta Abraham & Moyses, coexistunt Deo in eodem nunc aeternitatis, vel non. Si primum: ergo existunt quandiu est idem nunc aeternitatis. Est autem illud quandiu Deus existit;

adeoque est ab aeterno. Si secundum, ergo datur successio in aeternitate, & futurum, ac praeteritum. Alias plures congerit & soluit Hieronymus, Faustus ad quaest. 14. a. 13. dub. 8. numero 71. & sequentibus, quas puto leniores esse, aut ex dictis facile solui posse.

Ad primum Respondeo negando consequentiam. Ad cuius probationem dico intuitionem esse cognitionem rei prout praesens est secundum propriam existentiam, clare in seipsa perceptam, ut actu exhibitam & cognitioni obuersantem, pro eo tempore quo verè existit: quo pacto Dei cognitio fertur ab aeterno in res temporaneas, intuenso illas ut existentes pro eo tempore quo actu sunt. Sed non sicut intuitio est aeterna: sic & rerum temporanearum existentia aeterna est.

Ad secundum Respondeo Abraham & Moysen coexistere Deo in eodem nunc aeternitatis, non adaequate sumpto secundum totam virtualem amplitudinem, quae diffunditur in finem, & aequialet infinitis temporibus: sed inadaequate secundum aliquam veluti partem virtualem illius amplitudinis. Sicut autem aeternitas complectitur virtualiter & aequialenter in sua simplicitate omnia tempora, praesens, praeteritum, & futurum: ita sicut formali & intrinseca successione, apta est respondere modo Abraham nunc existenti, postea Moysi post futuro, & alijs succedentibus. Quemadmodum per immensitatem, quae est aequae simplex & indiuisibilis realiter, respondet intus Angelis & Beatis in caelo, hominibus in terra, daemionibus in inferis, & alijs quibusque rebus in proprijs locis. Nego itaque dari propterea successione, & futurum, ac praeteritum, in ipsa aeternitate. Sed solum datur idem nunc indiuisibile aeternitatis, quod quia semper permanet, aptum est respondere rebus omnibus successiue existentibus, modo Abraham, modo Moysi, & alijs deinceps: ut rupes eadem immota respondet fluminis partibus successiue labentibus, & rupem alluentibus.

87.
Quomodo
creaturae
coexistunt
Deo in
nunc aeternitatis

SECTIO X.

Quomodo Deus cognoscat futura libera conditionata: & speciatim vtrum cognoscantur in decretis diuinae voluntatis?

Hucusque de futuris absolutis de hypotheticis dicendum est Deum similiter ea cognoscere in seipsis immediate, eo ipso quod futura essent, si tantis conditio poneretur; quodque altera pars contradictionis est vera; Si Petrus v. g. poneretur in his circumstantijs, peccaret vel non peccaret; & haec esse ex parte obiecti

88.

rationem primam sufficientem, & generalem, propter quam Deus huiusmodi futura cognoscit, per infinitam intelligentiam suam, quae tanta est, ut attingat perfectissimè quicquid est cognoscibile. Probat, quia primò eadem rationes quibus id demonstravimus de absolutè futuris, idem convincunt de futuris conditionatè. Et argumenta quibus reiecit ut insufficientes, & non primas, vel generales, rationes praescientiae divinae de contingentibus absolutè futuris, causas creatas eorundem futurorum, ideas divinas, decreta Dei, & existentiam seu praesentiam realem futurorum ab aeterno. Quae valent ad haec omnia reicienda respectu conditionatè futurorum. Imò postremum evidentiùs liquet de futuris tantum conditionatè. Quomodo enim fuerunt Deo realiter praesentia ab aeterno, ea quae nunquam fuerunt, neque sunt, neque erunt, sed tantum essent si poneretur conditio quae non ponetur?

89. Secundò, quod attinet speciatim ad decreta divinae voluntatis, ad quae recurrunt Thomistae aliqui, postquam coacti sunt scientiam conditionatam admittere. Aiunt enim Deum illa cognoscere, sed non nisi in decreto actu existente ab aeterno, quo statuit causas creatas liberas praedeterminare ad hunc effectum si poneretur conditio, quae tamen non ponetur: ex. grat. praedeterminare Tyrios & Sidonios ad poenitentiam, si apud ipsos edita fuissent à Christo miracula, quae alibi sine fructu patrauit. Contra hoc, inquam, tria oppono. Primum est, hanc sententiam ponere in Deo decreta repugnantia libertati creaturarum, & bonitati ac sapientiae divinae. Repugnat enim libertati ponere aliquid omnino antecedens ad eius usum, seque tenens ex parte causae, quo posito causa non potest non operari. Tale autem est huiusmodi decretum in sententia Aduersariorum: ergo tale decretum repugnat libertati creaturarum. Maior liquet ex definitione causae liberae, quae talis esse debet, ut postis omnibus ad agendum praerequisitis, possit operari & non operari pro libito. Minor probatur, quia tale decretum à Deo solo est, & non supponit usum libertatis creaturae, neque iam actu positum, neque praesentem: sed est causa cur talis actus foret posita tali conditione, puta Christi praedicatione apud Tyrios, foret, inquam, tam necessariò & infallibiliter, quam est necessarium & infallibile scientiam Dei esse veram, quippe quae deo decreto fundatur: adeoque necessariò physica & metaphysica necessitate, quae manifestè repugnat libertati. Causa enim quae ita praedeterminatur ad agendum, ut non possit non agere; non agit liberè, quia agere liberè, & agere necessariò, seu non posse non agere, sunt incompatibilia respectu eiusdem.

90. Item repugnat bonitati divinae, dicere Deum praedeterminare modo supra dicto voluntates creatas ad actus malos: hoc enim est

facere Deum authorem omnium scelerum & flagitiorum, ut alibi ostendimus. At hoc sequitur ex sententia Aduersariorum. Quia inter actus futuros conditionatè, plurimi sunt flagitiosi & pessimi, quos Deus, aequè ac alios, cognoscit certò & infallibiliter. Non cognoscit autem, ut volunt Aduersarij, nisi quia decrevit creatas voluntates praedeterminare ad huiusmodi actus, si ponerentur occasiones quae non ponentur. Quare loquendo coherentè, asserere debent Deum ab aeterno decrevisse praedeterminare omnes voluntates creatas & creabiles, non modò ad ea scelera quae reipsa sunt aliquando: sed & ad omnia quae fierent positis quibuscunque occasionibus & conditionibus possibilibus. Quo nihil puto dici posse magis alienum à Dei bonitate.

91. Vltèrius repugnant multipliciter sapientiae divinae huiusmodi decreta. Nam cum creatura libera, postis omnino iisdem circumstantiis agant opposita, vel agerent conditionatè: tum quae libet seorsim, ob naturalem inconstantiam, coniunctam libertati agendi ut volunt: tum etiam duersè, ita ut vna velit, id quod non vult altera: aut vna velle, id quod altera nolle: sequitur totam hanc inconstantiam moralem esse in Deum refundendam ut illius auctorem, qui postis iisdem omnino circumstantiis praedeterminat eandem voluntatem modò ad vnum, modò ad aliud oppositum: aut vnam voluntatem ad vnum, aliam ad oppositum. Quae admodum autem repugnat sapientiae, & constantiae morali, velle opposita in eadem circumstantiis, sine accessu nouae cognitionis: ita & consilium alteri opposita, & multò magis eum praedeterminare ad opposita. Item cum multa creatura valde insipienter agant reipsa, & agerent positis quibuscunque occasionibus: ex. gr. si musca in calicem Petri sacrificantis inuolaret, ipse fieret Harecticus: nonominus repugnat Dei sapientiae decretum praedeterminans ad huiusmodi actus ex tam leui occasione, quam repugnat sapientiae humanae creatam voluntatem elicere hos actus ex eadem occasione. Imò tota insipientia in Deum physicè praedeterminantem, & necessitantem creaturam reijcienda erit. Creatura enim non potest agere aliud, quam id ad quod praedeterminatur Dei decreto.

92. Vltèrius repugnant sapientiae divinae decreta inutilia, superflua, & sibi ipsis aduersa, atque plena inconstantia. Talia verò sunt multa Dei decreta, iuxta sententiam Aduersariorum. Quod sic probò. Quando quis decernit aliquid sub conditione à se solo pendente, & simul decernit non ponere illam conditionem: tale decretum est vanum & superfluum: perinde enim est, ac si non esset, & ex vi sua relinquat omnia in eodem statu in quo erant ante decretum. Ut si quis dicat, Decerno dare tibi meam hereditatem si volueris: & simul decernit nunquam velle. Tale decretum est inutile & superfluum: ac

Decreta illa circa actus malos repugnant Dei bonitati.

91. Repugnant Dei sapientiae & constantiae.

92.

si promittat dare suam hereditatem sub eadem conditione eodem modo nolita, talis promissio est manifeste nulla, & promissarium relinquit in eodem statu in quo antea erat. At qui per Adversarios Deus habet multa decreta sub conditione à se solo pendente, quam statuit nunquam ponere: vt v. g. prædeterminandi Tyrios ad conversionem, si Christum ad illos mitteret, quem statuit nunquam mittere: pendebar autem à Deo solo vt mitteret, vel non mitteret. Item talia decreta sibiipsis aduersentur. Nam quemadmodum ille nō vult sincerè dare alteri suam hereditatem, qui vult eam dare sub conditione à se solo pendente, quam conditionem omnino posset facillè ponere; & quam ponere, minus beneficium esset, quàm dare hereditatem; & tamen non vult eam ponere, sed firmiter & irrevocabiliter statuit nunquam ponere: hoc enim statutum aduersatur priori voluntati, & non compatitur eius sinceritatem: ita repugnat sinceritati affectus diuini erga salutem Tyriorum per miracula Christi, decernere eos saluare per huiusmodi miracula, quæ facillè poterat illis exhibere, Christum ad eos mittendo, æquè ac ad ciuitates alias permultas; idque minus beneficium esset, quam eos physicè prædeterminare ad conversionem: & tamen nolle ponere illam conditionem à se solo pendente cum tota eius efficacia, id est, cum prædeterminatione ad conversionem, secundum illam conditionem, si poneretur. Similiter si Deus decreuit ab æterno prædeterminare Ceilanos ad Dauidem Sauli tradendum, si Dauid Ceilam remansisset; & tamen decreuit illum admonere, & prædeterminare vt fugeret, sicut reipsa fugit: fuit in Deo inconstantia, qualis illius, qui ex mero beneplacito alteri tenderet infidias in via: & simul vellet impedire efficaciter ne illac transiret: vel qui alteri venenum pararet, & simul vellet omnino impedire ne biberet. Quid est alteri parare malum, ac simul vellet illum malo eripere. Quæ inconstantia & dissonantia voluntatum, ne quidem in hominem mediocriter prudentem, & serid agentem, cadere potest.

93
Sententia
contraria
repugnat
Scripturæ
& Patribus.

Oppositio secundò, sententiam Adversariorum alienam esse à mente Scripturæ & SS. Patrum de scientia conditionata loquentium. Nam iuxta Adversarios exprobratio illa Christi Matth. 11. *Si in Tyro & Sidone, &c. fundata erat in Dei præscientia; & præscientia fundata erat in decreto quod Deus ab æterno habuerat prædeterminandi Tyrios & Sidonios ad conversionem, si Christus illis predicasset. At hoc reddit exprobrationem Christi vanam & iniustam: poterant enim iure respondere Corozanæ, quibus sic exprobrabat: Si Tyrij & Saronij non fuisset prædeterminati ex vi talis decreti, non fuissent conuersi. Quid ergo conquereris & exprobras nos non fuisse conuersos in his circumstantiis antecedentibus, in quibus fuisset antecedenter impossibile conuerti Tyrios, & alios quos-*

cunque? Item cum dicitur Sapientia 4. *Rapinus est ne malitia mutaret intellectum eius: non fuisset id referendum (sicut refertur à D. Augustino in lib. de corrupt. & gratia cap. 8. Augusti sub finem) ad pericula huius vitæ, propter quæ Deus præuidebat fore vt iustus ille laboreretur, si diutius viueret: sed ad decretum Dei prædeterminandi ad lapsum; dicendūque Augustino fuisset, raptum illum esse, ne ad eam ætatem veniret, in qua Deus decreuerat illum prædeterminare ad lapsum. In quo rursus esset vitium inconstantiæ, quod supra notauimus: qualis esset illius qui ex mero suo beneplacito pararet alteri venenum: & simul ei pararet remedium præueniens venenum. Sic enim Deus voluisset prædeterminare ad lapsum & præparare ruinam decreto antecedenti: simulque voluisset præparare remedium mortis præueniens lapsum. Cumque facile posset non decernere prædeterminare ad lapsum, nimis violento remedio, nempe morte immatura, præuenire malum, quod simplici negatione prædeterminationis amoliri poterat.*

Rursus Patres interrogati ab Ethnicis cur Deus præsciens Angelos, & primos Parentes, lapsuros in peccatum si crearentur, eos tamen creauerit? tantum respondent, non debuisset præscientiam impedire quo minus illis beneficeret eos creando, & magnis beneficiis naturæ & gratiæ ornando, ac viliusque multum & magnis instruendo, quibus si vti voluissent, poterant non peccare. Ergo Patres non agnoscunt decreta illa conscripta ab Adversariis. Tum quia illis positus, & antecedentes se habentibus, falsum est Angelos & primos parentes potuisse non peccare: neque enim possunt facere contra Guinam prædeterminationem: tum etiam quia si existimassent præscientiam Dei de peccatis Angelorum & hominum, fundatam esse in tali decreto, non fuissent difficultati propositæ ab infidelibus. Maior enim & insolubilis difficultas restabat, quomodo Deus iuste, aut conuenienter suæ sapientiæ, & bonitati, potuerit decernere ex suo mero beneplacito, id est, nulla data occasione ex parte creaturæ, prædeterminare Angelos & homines ad peccandum, si eos crearet; & habere præscientiam fundatam in tali decreto: & hoc decretum executioni tradere per creationem Angelorum & hominum: & nihilominus peccata eadem, ad quæ physicè prædeterminat, seufere prohibere, grauissimisque & æternis poenis vlcers. Hoc verò neque Patres exponunt, neque vllus hominum potest reddere verisimile: quia evidenter à veritate, & à Dei bonitate, sapientiæque, & iustitia alienum est.

Oppositio tertio, sententiam Adversariorum carere solido fundamento: & diuinando multa fingere. Nam fundamentum eorum est, nullum actum liberum esse posse, nisi à causa prædeterminata: & nullum actum liberum præcisci posse certò & infallibiliter, nisi in causa prædeterminata, vel in aliquo periculo.

eam prædeterminante: quia alioqui non haberet neque in seipso, neque in causa indifferenti, determinatam veritatem & cognoscibilitatem. Verum, ut alibi ostendimus, quicquid absolute futurum est, est cognoscibile esse futurum; quia est verè futurum. Et quicquid futurum est hypotheticè, est æquè cognoscibile, eo ipso quòd hypotheticè futurum est; quia est verè futurum posita tali conditione. Quicquid autem est liberè futurum absolute, aut esset futurum liberè in aliqua hypothesi; non est futurum, aut esset, à causa physicè prædeterminata, & præcæsariata ad agendum: hæc enim prædeterminatio repugnat vsui libertatis: sed à causa seipsam determinante, & agente pro libito id quod vult, ac potente oppositum si vellet.

96 Diuinan verò, vel potius gratis conuincunt Deum decreuisse prædeterminare Tyrios ad conuersionem, si Christus eis prædicaret: & non prædeterminasse ut Christus eis prædicaret, æquè ac Iudæis: sed potius prædeterminasse oppositum, hoc est, decreuisse illis dare maius beneficium, & noluisse dare minus à se solo pendens, sine quo tamen maius dare noluit. Voluisse illis finem, & noluisse medium antecedenter necessarium à se solo dependens. Sicut gratis fingunt ex opposito, Deum prædeterminasse ut Christus Iudæis prædicaret, eo scilicet sine se conuertentur: & tamen prædeterminasse illos efficaciter ut non conuertentur. Quod est summam incongruitatem, & pugnam voluntatum Deo tribuere. Item gratis fingunt Deum voluisse Ceilias prædeterminare ad tradendum Dauidem, si Ceila mansisset, quod sine peccato facere non poterant: cum tamen nollet efficaciter Dauidem tradi, possetque facilius sine cuiusquam peccato prædecreto, Dauidem huic periculo eripere, abstinendo solum à tali decreto & prædeterminatione, à se solo pendente. Gratis etiam fingunt Deum prædeterminasse per æterna sua decreta quicquid tum ipse, tum quælibet voluntates creatæ, & creabiles, vellet in quacunque hypothese possibili: quod tamen debent Aduersarij asserere: quia Deus nouit quicquid tum ipse, tum alij vellet in quacunque hypothese: & iuxta Aduersarios non id nouit nisi in decreto actu existente ab æterno, quo determinauit quicquid ipse vellet, & quicquid creatæ voluntates vellet in quacunque hypothese. Quòd autem gratis id fingatur; probo, quia cum Dei decreta sint plane ipsi libera, potueritque ea non habere: non est dicendus habuisse, nisi vel ex reuelatione, vel ex effectis certò, aut saltem probabiliter innotescat. Ex effectis autem non innotescit, si vlla decreta conditionata, pendentia à conditione à solo Deo pendentia, quam non ponere decreuerit: quia huiusmodi decreta nullam habent effectum, defectu conditionis sine qua manent suspensa, & inoperantur. Ex reuelatione autem habemus quidem Deum habere multa decreta conditionata, tum pertinentia ad prouidentiam

tiam generalem, & fundata in generalibus propositionibus, aut promissionibus à Deo reuelatis: ut saluandi Iudam, si in gratia decessisset; iustificandi Pharaonem, si penitentiam egisset: tum etiam pertinentia ad prouidentiam particularem, ut mittendi duodecim Legiones Angelorum ad Christum Iudæis eripiendum, si Christus Patrem hoc rogasset, Matth. 26. vers. 53. delendi Syrios vsque ad consummationem, si Ioas septem terram percussisset, 4. Regum 13. liberandi à morte violenta Sedeciam, si ad Principes Regis Babylonis exiisset, Ierem. 38. vers. 17. Sed considerandum est in omnibus huiusmodi decretis conditionatis à Deo reuelatis, requiri aliquam conditionem pendente à creaturis, cuius defectu decretum non operatur. Nusquam verò reuelatum est Deum habere decreta affecta conditione à se solo pendente, quam decreuerit nunquam ponere. Non est etiam reuelatum an Deus decreuerit quomodo mundum alium regeret, si illum crearet, & quem statuit omnino non creare. Neque pertinuit ad eius sapientiam & prouidentiam id decernere. Est enim inutile, & otiosum, ac superfluum, decernere quomodo regeret mundum; quem constituit nunquam creare, cum tamen ab ipso solo pendeat eum creare, vel non creare; quia tale decretum ad mundi illius regimen non potest esse vtile.

Dices Deum scire quicquid futurum esset in quacunque hypothese: & non posse scire, nisi vi talium decretorum: ergo à posteriori habemus iudicium sufficiens quo nobis innotescant illa decreta. Secundò, Deus non potest ignorare quicquid futurum esset in quacunque hypothese. Ergo non potuit non decernere quicquid fieret in quacunque hypothese. Hoc enim tam pertinet ad perfectionem voluntatis diuinæ, quam illud ad perfectionem intellectus diuini. Tertio, si ante omne decretum diuinæ voluntatis, & independentem ab illo, esset verum, Petrum peccaturum, v. gr. si poneretur in his circumstantiis: sequeretur aliquam veritatem creatam & contingentem, esse independentem à Dei voluntate. Consequens est absurdum: ergo & antecedens.

97 Ad primum Respondeo peti principium, cum dicitur Deum non posse præscire futura conditionata, nisi vi decretorum prædeterminantium. Antea verò ostendimus posse cognosci immediate in seipsis, eo ipso quòd verè futura essent, si conditio poneretur: vel, quo eodem redit, posse cognosci in causa ut liberè se determinatura, siue in vsu libero causæ se determinaturæ, posita conditione.

98 Ad secundum; Nego consequentiam cum eius probatione. Omnino enim pertinet ad perfectionem intellectus diuini scire quicquid est scibile: essetque Deus imperfectus, si esset ignarus aliquius veritatis: atque posita obiecti scibilitate, Deus illud necessariò scit. At verò posita obiecti eligibilitate, non

est necesse vt Deus decernat illud eligere: neque propterea est imperfectus, si non decernat creare creaturas, vel modum eas regendi si eas crearet, posito quod statuerit nunquam creare; quodque tale decretum sit futurum otiosum & inutile respectu talium creaturarum nunquam producendarum ex mero Dei beneplacito. Denique Deus necessarium scit quicquid est scibile, ex hypothesi quod est scibile; sed non decernit necessarium quicquid potest decerni.

Veritates
conditionatae non
sunt inde-
pendentes
à Dei vo-
luntate.

Ad tertium: Nego sequelam maioris propositionis. Quamuis enim dentur plurimae veritates creatae, independentes à Dei decreto praedeterminante (quod decretum repugnat causis liberis) non sequitur dari vllam veritatem creatam siue absolutam, siue conditionatam, independentem à Dei voluntate. Semper enim in huiusmodi verita-

tibus subintelligitur, & includitur ex parte obiecti, Dei voluntas ponens causas creatas in esse, & in talibus circumstantiis, absolute aut conditionate, & concursura cum illis ad operandum, vel permissura vt tali modo operentur. Ex gr. quando dicitur, si Christus Tyriis praedicasset, egissent penitentiam: sensus est, si Deus Christum ad Tyrios misisset, & cum Christo ad illuc eundum & praedicandum Tyriis concurrisset, iuissetque Tyrios ad agendum penitentiam, tum auxiliis praeuinentibus, tum etiam concomitantibus & concurrentibus, vt conuerterentur; egissent penitentiam. Et cum dicitur, si Petrus poneretur in tali occasione, peccaret: sensus est: si Deus Petrum crearet, & illi talem occasionem offerret, vel offerri permitteret, fineretque eum vt sua libertate, non deficiendo muneri causae primae; Petrus peccaret.

DISPUTATIO DVODECIMA

Quid, & qualis, & quotuplex sit scientia Dei?

Sectio I. De natura, & proprietatibus scientiae divinae.

Sectio II. An ratione distinguatur in Deo praescientia futurorum, visio praesentium, & memoria praeteritorum?

Sectio III. Quotuplex sit scientia Dei? seu de variis eius diuisionibus.

Sectio IV. De Ideis diuinis.

Sectio V. Refutatur quadam opinio contraria.

Sectio VI. Respondetur aliis Aduersariorum argumentis.

Sectio VII. Vtrum scientia visionis sit causa rerum?

Sectio VIII. Probatur amplius vera sententia.

Sectio IX. Soluuntur argumenta contraria sententiae.



MATERIAM huius Disputationis tradit Sanctus Doctor artic. 4. 7. 8. 15 & 16. quaestio 14. & tota quaest. 15. Ac primo loco docet scientiam diuinam non distingui realiter ab ipsa Dei substantia: quia in Deo, actu simplicissimo, nullo est forma, quae sit aliud quam suum esse. Vnde sicut ipsa eius substantia est illi species intelligibilis: ita ipsum eius intelligere est eius esse, & eius esse. Secundo, scientiam Dei nullo modo discursiuam esse; quia simplicissima omnia perfecte intelligit, vnico actu realiter, & simplici, atque aeterno. Quare non est in Deo multitudo cognitionum, quarum vna succedat alteri, vel sit illius causa. Tertio, scientiam Dei esse causam rerum, adiuuata voluntate.